




1
6
540
















XV A

in MVND CARP.





ISAGOGAE Breues, ꝑlucidę ac uberrimę, in Anatomiã humani corporis a cõmuni Medicorũ Academia usitatã, a Carpo in Almo Bononiẽsi Gymnasio Ordinariã Chirurgię Docẽte, ad suorũ Scholasticorũ ꝑces in lucem datę.

¶ Nicolaus Bargilesius Bonoñ.

Iactauit quondam claro se Felsina alumno/
Italię summum Felsina docta decus:
Gręcia culta suos cui non componere honores
Audeat: aut celebres promere Roma uiros:
Inclyta Mundini quum primum scripta diserti
Assidua uidit uoluere quemq; manu.
Nunc uero quo nam merito te carmine dicam?
Iam tolles nitidum sydera ad alta caput.
Nam cura/et magni effecit facundia Carpi/
Laudibus ut surgas conspicienda nouis.
Dum quicquid studium fugit: mentemq; fefellit
Mundini: (nam quis omnia nosse queat?)
Legit: et in numerum melius: cultumq; redegit:
Plurimaq; ingenti tersit: & auxit ope.
Vt quondam latio fueras quę prima sub orbe:
Vna fores eadem gloria: & orbis honos.
Idem.
In Carpo seri discent tua scripta nepotes/
Hęc Mũdine etenim charta loquetur anus.

¶ Niger Cremonensis de Casale maiori
ad Lectorem.

Qui cupit exertos humani corporis artus/
Sectaq; membra suis quęq; uidere locis:
Ille legat docti perfecta uolumina Carpi:
Nec sibi Mundinum iudicet esse satis.
Ditior hic illo est. & quod Mundinus omittit
Quodq; docet pariter plenius iste refert.
Singula de nostro soluisse Promethea credes
Corpore: quę tenui finxerat ante luto.

¶ Illustris. ac Clarissimo Dño. D. Alberto Pio, Carporũ Comiti, et Dño meo ... Iacobus Berẽgarius Carpensis. S. P. D.

C

VM Diuturna, et pene ęterna Illustris. Princeps ea censeri soleãt, quibus a primis annis assuescere solemus, mihi persuasum est, nullam obliuionem delere potuisse q̃plurima honestissima studia, quę tecum in mansuetiorũ musarũ rudimentis sub foelici memoria Aldi Manutii Ro. pręceptoris nostri conferebam. Et illud in primis nequaq̃ de alta, ac diuina mente tua excidisse existimarim: quod per iocum experiri placuit (nam ętas illa ioco plurimũ gaudet) placuit autem ut porci Anatomia a nobis fieret: mihiq; sectionis munus demandatũ est, utpote: qui sub genitore meo in Chirurgica arte ab infantia pene exercitatus forem. Tanta (testor Deos ĩmortales) ex illo tempore Anatomię dulcedo, mẽtem, animũq; meum tenuit: ut omnem ętatem iis Medicinę elementis nõ minori bonorũ professorũ utilitate, q̃ priuata uoluptate cõtriuerim: libros huiusce disciplinę q̃plurimos: sed indigestos lectitando: quos eorum authores ad alia trãsferentes uolumina, fabulas potius, q̃ Anatomiã scribere uidebantur: quo factum est, ut pauci, uel nulli hac nostra tempestate tam necessarię, ac pręciosissimę artis finem nouerint. Accedebat insuper ad eius ignorationem (sic mea fert opinio) foeda, ac multis stomacosa membrorũ sectio, creberrimaq; illorũ attrectatio: Et cũ ego q̃plurima centena cadauerum secuerim: q̃ pauci ętatis nostrę Medici hanc artem nouerint: intellexi. Quare pręsenti, ac futuro sęculo prodesse cupiens: non minus pium, q̃ saluberrimũ fore putaui: cõmentaria quędam, et digressiones super Anatomia Mundini componere: quę antiquorũ philosohorũ: pariter et Medicorũ sapiẽter scripta de humani corporis admirabili mole demõstrant: illaq; copiose traddita a q̃plurrimis medicinę studiosissimis uiris rogatus in lucem dedi. Cum autem actu, et oculata fide Academici Anatomiã cognoscere cupiant: Ars in illis cõmẽtariis difusior est: q̃ ut breuiter cognosci possit. Et ppea ad cõmunẽ omniũ bonorũ utilitatẽ pręsens perlucidũ Enchiridion

omni alio sibi pari uberius de ipsa Anatamia composui: In quo omnia in cõmuni sectione designata apparent: eiusq̨ beneficio omnis longę inquisitiõis labor aberit: Hocq̨ Alberte clarissime: ac sapiẽtissime princeps nũcupatim tibi dedicaui eorũ aductus exemplo: qui labores suos alicui deorũ cõsecrarunt: ut sub illorũ numine securius in manus hominũ peruenirent: idq̨ instantius egi: q̨ tu unus inter reip. Christianę primores / nõ solũ bonorũ fortunę: Sed cuius uis Mineruę sis facile princeps. Naturalis.n. ac moralis Philosophia: & quę Deũ cõtemplatur: Theologia: & omnes deniq̨ scientię sunt tibi tanta amicitia / ac affinitate con/iunctę: ut sapientis nomen apud omnes merito tibi uẽdicaueris. Et cum semper benignus fueris: sisq̨ Carporũ patrię meę / meiq̨ meritissimus Princeps / fortunas meas / ingeniũ / cogitationem / mentem deniq̨ omnem / benignitati tuę debere non eram inscius / & eo maxime: q̨ in ędibus tuis omniũ bonarũ disciplinarũ nido huiusce preciosissimę artis principia tuo sub fœlici auspitio sumpserim. Suscipe igitur gloriosissime Princeps lęto animo: ac serena frõte hoc de Anatomia Enchiridion a fido / ac sincero mancipio tibi dicatũ: quãdo nõ minus Regium sit munera quã tulacũq̨ fuerint / hilari fronte suscipere: q̃ preciosissima elargiri. Oblationes siquidẽ lacteas a cretensi pastore Ioui datas gratissimas fuisse constat: nec eorum munera aspernãtur / qui cũ Thus nõ habeant / mola salsa litant: tantũ.n. ex labore meo ętatis nostrę medici tibi debebunt / quantum & uoluptatis: & utilitatis ex hoc libello suscipient / quo cum in hac materia alius breuior: & lucidior nõ fuerit: Celsitudini tuę ad decantãdas laudes semper obnoxii mecum dicent: deus tua uota secundet. Vale.

¶ ISAGOGAE Iacobi Carpi i Anatomiã humani corporis.

Illumina me dñe spiritu ueritatis & manifestabo opera manuum tuarum.

hOC Opus duas habet partes. Prima uniuersalis: Secũda particularia tractat: Prima notat secũdũ aliquos hoc nomen Anatomia deriuari ab Ana. grçce/qđ latine significat: per. Sursũ/Re/Aequale/Rectũ/et tomos: quod diuisio/seu sectio dicitur: quasi recta per partes/uel circa partes diuisio. Prima pars operis.

¶ Sed uerius interp̃tando/Ana incõpositione/p̃ter alia/significat per singulas partes iuestigationẽ quãdã/unde incõpositiõe huius uerbi temno/quod est incido/significat in singulas partes seco/inuestigandi causa/quç/et quot sint: & quãq̃ ratio uideatur dici de omnibus/quç partes habent/usus tamen obtinuit/ut de animalibus/et maxime de hominibus dicatur. Quid sit anatomia & unde dicatur.

¶ Est igitur Anatomia/seu Anatome diuisio omnium corporis aĩalis partiũ/inuestigãdi causa: earũ substantiã: quãtitatẽ/numerũ/figurã/sitũ/et colligantiã/& hçc in mortuis/quibus põt addi cõplexio innata. Et ideo dicebat Gal. in libro de ꝯstitutiõe artis medicatiuç: puto necessariũ esse nobis/cũ hãc cõstituimus artẽ: nõ solũ cognoscere particulas & illaꝝ cõpositionẽ: sed etiã op̃ationes eaꝝ: & in hoc differũt medici ab çdificatoribus. Illi.n. domorũ particulas solas et cõpositionẽ sciunt: nulla tamen earum operat̃ eo quia nõ est animal: a medicis aũt mẽbroꝝ hominis: in quãtũ est animal: op̃ationes sunt querendç: et quia uere in uiuo homine et nõ mortuo op̃ationes/cõplexiones innate ac influentes/et passiones sunt. Ideo hçc tria in eis ultra p̃dicta inuestigantur. Sũt igitur in reali anatomia oĩa p̃dicta nouem cõsideranda.

¶ Sed quia a toto tanq̃ a notiori est incipiendum. Primo situato aliquo cadauere supino in loco icisioni ac ostensioni apto. Prius loto et a pilis raso: et a sordibus optime mũdato/a capite usq; ad pedes. Sciendũ est corpus diuidi in quatuor partes. s. in tres uentres notabiles/et ĩ extrema. s. manus et pedes cũ aliis quibusdã. Diuisio corporis.

¶ Prima ps ẽ testa/caput dicta/eo q̃a ibi sensus initiũ capiũt: in quo mẽbra aĩalia ꝯtinẽt. hçc ps cõiter sup̃mus uẽter appellat̃. Prima pars.

Secūda ps. ¶ Secunda pars est concauitas intra costas & ossa eis annexa/in qua principaliter spiritalia/seu uitalia/& aliqua alia mēbra sunt. Et hęc pectus/et etiam cassus:& uenter medius dicitur.

Tertia pars. ¶ Tertia pars est concauitas: quę est intra abdomen & partem dorsi infra septumtrāsuersum alias diafragma descēdendo ante usq ad pectinē:& retro usq ad anum/inqua mēbra nutritiua/& etiā generatiua ꝑ parte cōtinētur:& hęc uēter iferior nūcupat.

Quarta pars ¶ Quarta pars est totū corporis residuū: uti collum/manus/& pedes/ac illis seruientia. Hęc pro prima parte.

¶ De Anatomia uentris inferioris.

Secūda pars operis. u Isa parte uniuersali ad particularē deuenio. īqua opator incipere debet sectionē a uentre iferiori:inquo sunt multa mēbra prius anatomizanda & abiiciēda: ne corporis reliquū sua putredine & prauo odore (si postponātur) ipediāt.

¶ Dicamus igitur istum uentrem iuxta prędictas nouem conditiones considerari debere: Et primo circa substantiā:quę est diuersa tam secundum partes continentes q̄ contentas. Substātia partium cōtentarum loco suo apparebit: Cōtinentiū substantia in parte anteriori et laterali pānicularis et musculosā est:ut constrictioni et dilatationi apta sit propter impregnationem et cibaria et alia iis similia. est etiam uenosa ac Arteriosa.

¶ In istis partibus est etiam in corpore pingui notabilis pinguedo:In demacrato uero est pauca: et interdum nulla:et pinguedo nō est proprie membrum:sed est aduenlens et recedens tāq̄ superfluitas/utilis tamen.

Piguedo nō est mēbrū.

¶ Posterior uero substantia huius uētris est carnosā/musculosa: ossosa:ac etiam parū mēbranosa:pariter uenosa & Arteriosa.

¶ Quātitas eius et figura patent:situs et locus suus est sub uentre uitaliū mēbrorū septotrāsuerso mediāte: Incipiēdo a furcula pectoris inferiori et a confinibus septitransuersi ab utroq latere quinq costarū inferiorū trāsit usq ad partem/in qua corpus bipartitur a magnis pedibus/quibus alligatur. Sua etiā colligantia est cū cerebro mediātibus neruis:& cum corde mediatibus Arteriis:et cum uentre medio per musculos aliquos. De colligātia ipsius cum hepate et mēbris generationis omnibus notū est.

¶ Numero est unus uenter: Numerus tamen partium eius est diuersus:quia aliquę partes sunt contēte/aliquę cōtinētes. Cōten/

tę sunt Iecur cum sua parua cysti cõtinẽte bilem:et Lien:et Ventriculus a multis stomachus dictus:licet male:et sex intestina cũ uenis per ea dispersis:et Renes cũ suis emulgentibus:et Vesica cum poris uritidibus/qui dicũtur emũctoria renũ/et Mensenterion cum suis glãdulis:et Vena portę:et Vena chilis cum Arteria Aorta descẽdentes:& Venę ac Arterię Vmbilicales: & Vasa seminaria cum Didimis et Testibus:et Matrix in fęmina:et licet Didimi et Testes cum suo scroto seu oscheo sint exteriores:ponuntur tamen in isto uentre quia alligantur ei imediate.

Mẽbra cõtẽta in vẽtre inferiori.

¶ Partium uero continentiũ:Alię sunt cõmunes:alię proprię : & alię magis proprię/cõmunes sunt omnes illę partes / quę istum uentrem circũdant.s.anteriores:laterales:et posteriores: anteriores et laterales latine dicũtur Sumen/antiqtus uero Abdomen: gręce Epigastrion et ab aliqbus Hetron : et arabice Mirach/posteriores dicuntur Imum dorsi.

Partes contineutes. Sumen. Abdomen. Epigastrion. Hetron. Mirach.

¶ Partes uero proprie : alię sunt ante/alię a lateribus/alię posterius/quę sunt ante a recẽtioribus medicis cõiter ponũtur qnqꝫ.

¶ Prima a superiori incipiens/quę est in medio corporis circa furculam inferiorem pectoris:dicitur gladialis & scutalis chartilago: & etiam pomum granatum/hęc tamen pars est cõmunis uentri medio et inferiori paruum occupans locum.

Gladialis. Scutalis cartilago pomũ granatum.

¶ Secunda sub ista imediate est pars dicta stomachalis:quia stomachus.s.uentriculus est in ista regione cum sua parte anteriori: & hęc pars se extendit fere usqꝫ ad Vmbilicum.

Stomachalis.

¶ Tertia est pars umbilicalis dicta:et est ea pars/in qua est Vmbilicus clausus in medio abdominis/iam frustratus in nato a suo principali opere.

Umbilicalis.

¶ Quarta pars est dicta a Mundino sumen : quia est pars eminentior ipsius suminis/& ibi sumitur pars pro toto:hęc regio est ab Vmbilico usqꝫ ad pectinem.

Sumen.

¶ Quinta est pars pecten dicta/intra quã est os pubis seu pectinis. In ista regione intra uentrem incipit collũ Vesicę in utroqꝫ sexu:& matricis in fœmina.

Pecten os pubis.

¶ Partes laterales proprie ab utroqꝫ latere ęqualiter diuisę Cõmuniter a medicis sunt positę duę.s.supior & iferior:supior dicit hypocũdriũ/iferior dicit iliũ uel flancus:ilia ẽt dicunt lagona & cenona:In hypocũdrio dextro ẽ Iecur siue hepar:Lien uero ẽ in

Hypocũdriũ. Ilium. Flancus. Lagona. Cenona.

finiſtro.iliorum pars ſupior incipit a ſupremo oſſium ancharū & fi/nitur uerſus inferius in extremo huius uentris/ipſorum infima pars dicitur inguen et bubo.hypocūdria uero incipiunt ab extremis coſtarū mēdoſarum/et inferius terminātur ad ilia:inter ilia et hypocūdria apparet certa cauitas/quādo homo ad anteriora flectit: quę ab aliquibus uocatur colago/et ab aliquibus itrum.

Inguē bubo.

Colago itrū.

¶ Partes poſteriores proprie dictę/alię ſunt in medio alię a lateribus/quę ſunt i medio dicūtur ſpina iferior et filū iferius dorſi.

Spina iferior Filū dorſi.

¶ Laterales alię ſuperiores et alię inferiores/ſuperiores dicuntur regiones lumbares et renales: inferiores dicuntur partes ſupra clunes ſeu nates.

Lumbaris regio Renalis Clunes nates.

¶ Partes uero magis proprie nominatę/alię etiam ſunt anteriores/alię laterales/et alię poſteriores. Anteriores et laterales coincidunt/& ſunt cutis primo occurrens/ſub qua eſt pinguedo et octo muſculi/quorū quatuor ſunt obliqui/et duo longi et duo lati/oēs dilatati et uniti ad inſtar pāniculi: qui poteſt uocari imo ab Aui.uocatur pāniculus carnoſus: nec ibi eſt alter pāniculus carnoſus:ut putant moderni.

Pāniculus carnoſus.

¶ Sub muſculis eſt membrana ſubtilis et dura.gręce peritoneon alias peritonion dicta:& arabice Siphac.hęc omnia componunt abdomen/ſiue mirach.

Peritoneon. Siphac.

¶ Poſteriores uero partes etiam magis proprie dictę/ſunt cutis: interdū aliqua pinguedo/Caro muſculoſa ab utroque latere ſphōdilorum.ſ.ante et retro lūbaris ab aliquibus uocata:& caro nō muſculoſa ſimplex replēs huius partis loca uacua:& ſphondili renū ſiue alkatim/et tria oſſa oſſis ſacri/ſiue tres ſphōdili arabice alhouius dicti:et tres ſphondili alhoſos ſiue caudę/et ſuę chartilagines/cū ſuis pāniculis/et neruis/uenis et arteriis:et pāniculo peritonio:iſtarum partium anatomia dicetur loco ſuo: Nūc autē ad anatomiā abdominis me conuerto: & primo de cute.

Caro lūbaris.

Alkatim. Tria oſſa oſſis ſacri. Alhouius. Alhoſos os Caude.

¶ De cute Ventris inferioris et de Vmbilico.

c Onſiderabis primo locū umbilici qui dicitur radix hominis:qui habet extra corpus uerſus matricem duas uenas et ſepiſſime unam:et duas arterias putamine cuticulari obductas: qui in nouiter natis ligatur et ſecatur prope abdomen et per ſe cōſolidatur et clauditur:eius pars media ſic conſolidata Acrophalū dicitur: et quia corugata eſt dicitur Vetula: et

Umbilicus. Radix hoīs.

Acrophalum Uetula.

grece Grea:pdictis cōsideratis seca cutem secundum crucem in longū et latū in toto abdomine:et excoria ipsam seruādo umbilicū illesum:quē sępissime uidebis ingredi uentrē cū una uena notabili et duabus arteriis:quę in natis sunt frustratę a pprio ope. Grea. Locus vmbilici.

Vena est ascēdens penetrans incōcauo hepatis i uena portę.

Arterię descendunt per partē interiorem abdominis fere usq ad pectinē:et trāseūt ad dorsum a lateribus uesicę/et implātātur una a dextris alia a sinistris in arteriā aortam circa os sacrū infra Renes bifurcatā.iste arterie aortę uocātur sempiternę. Arterie sempiterne.

Ex istis uasis meat sanguis et spiritus ad Iecur et ad Cor ifantis in utero matris/istū umbilicū melius uidebis post anatomiam abdominis/quem cū diligentia seruabis cutē considerando:quę duplex est:prima est exterior:quę est mēbrorū grossa superfluitas:ideo renascitur:secunda est interior neruea nō renascēs/sub qua uel in qua circa latera in quolibet sexu sunt duę uenę:una a dextris alia a sinistris cū difficultate i nato uisibiles: sed i fœtibus triū mēsiū uel circa optime apparēt:quę ascēdunt usq ad mamillas:quas cōserua pro anatomia mamillaꝝ maxime i fęmina. Vene ad mamillas tēdētes

In tota tñ cute corporis sunt ptenues uenę in fibras dispersę: et adeo tenues et angustę/ut per eas penetrare sanguis nō possit aliud ue q̄ exilis humor/q sudor et sanguinis serositas appellat. Fibrae. Sudor. Sāguinis serositas.

De pinguedine.

Post cutim est semp aliqua pinguedo maxime i corpore nō resoluto ab ęgritudine/maior in uno q̄ in alio/quam remoue/ut melius uideantur mēbra sub ea cōtenta. Pinguedo.

De Musculis uentris inferioris.

Post pinguedinē sunt uidendi octo musculi abdominis: quoꝝ primo occurrūt quatuor obliqui nominati/Eorū duo locātur a dextris/et duo a sinistris:qui cum suis cordis tegunt a summo ad Imum totum istum uentrem anterius et superequitant omnes alios:In quolibet enim latere uentris et ante in medio abdominis unus ipsoꝝ est descendens:et unus ascēdens/descendentes sunt supra ascendentes:quos optime uidebis duce docta manu. Octo musculi Abdominis.


Primo seperabis caute descendentes ab ascendentibus/et reperies in quolibet latere uētris eos inuicem incruciari/una Crux est a dextris alia a sinistris/eorū pars carnea se se inuicem incru/

ciat sicut neruea/ seu cordosa etiam se inuicem incruciat. sui uilli tendunt semper oblique a lateribus uersus medium uentris/ ita ꝙ cordę istoꝝ musculorũ dextri lateris tẽdunt ad sinistram partem eiusdem lateris dextri: et cõtrario modo tendunt cordę musculorum sinistri lateris. s. in quolibet latere suę proprię cordę sese inuicem incruciant.

¶ Et musculi obliqui incipiunt facere cordã cum obuiant musculis longis/ et cordę musculorũ dextri lateris & etiã sinistri/ terminantur ubi musculi longi sunt cõtigui: qui locus est in medio uentris per lineam rectam/ a pomo granato usq; ad pectinem.

¶ Descendentes trahunt ortum a pectore/ ascendẽtes uero a regione suprema et anteriori ossiũ ancharũ/ ipsorũ cordę sunt bitunicales: latę ualde/ de difficili seperabiles/ ortę a pãniculis tegẽtibus eos: et auillis nerueis per eos dispersis.

¶ Duę tunicę cordarũ musculorũ descendentiũ in quolibet latere & una tunica cordarũ musculorũ ascendẽtium/ supra tegũt musculum longum sui lateris: a summo ad imũ: Vna etiam tunica musculorũ obliquorũ tegit seu inuoluit musculũ longum sui lateris uersus inferius. s. uersus cordam musculi lati: quia musculi longi carent proprio pãniculo eos tegente ut sensus demõstrat: et prędictos musculos obliquos optime uidere potes in tribus imediate sequentibus figuris: Omnes tamen eorum cordas in secãdo diligenter uide: quas non moueas integre/ nisi supra musculos longos existentes: quę autem sunt sub musculis longis seruande sunt usq; quo Anatomizasti eos.



¶ In hāc fi/
gura hēs du/
os musculos
obliquos dscē
dētes/vnuȝ a
dextris alium
a sinistris: qui
sūt supra oēs
musculos: Eo
rum pars car
nea apparet a
lateribus ⁊ i
medio vētris.
Supra mu/
sculos lōgos
sunt coruȝ cor
dae .s. vna a
dextris: alia a
sinistris: pelli/
culares ⁊ la/
tae: q̄ terminā
tur in linea: q̄
est i medio vē
tris: vt vides:
⁊ cordae istae
sunt duarum
pelliculaꝝ.s.
secunduȝ sub:
⁊ supra.

¶ In hac fi/
gura hẽs du/
os musculos
obliquos ascẽ
dẽtes:q se icru
ciãt cũ duob⁹
descẽdẽtib⁹ in
alia figura po
sitꝭ:qui qdẽ de
scendẽtes sunt
supra istos a/
scẽdẽtes: ⁊ to
tus vnus ex ꝑ
dictis muscu/
lis descẽdenti
bus supra po/
sitꝭ i alia figu/
ra cum corda
sua supequitat
obliq̃ muscu/
lũ vnũ ex istis
ascẽdẽtib⁹ ob/
liq̃:⁊ faciũt si
mul figurã .x.
litterꝭ graece:⁊
istoꝝ musculo
rũ ẽt pars car
nea ẽ a lateri/
b⁹:Corde ꝺuo
eoꝝ sunt i me
dio ventris:q̃
sunt ẽt duarũ
pellicularũ: ⁊
hñt vnã pelli
culã tm̃ supe/
qtantẽ muscu
los lõgos : a/
lia vero pelli/
cula ẽ ifra mu
sculos lõgos:
q̃ adheret cor/
dis latitudina
liũ musculoꝝ:
⁊ istae cordae
ẽt terminanꝭ i
linea:q̃ ẽ ime/
dio vẽtris :vt
vides.






¶ In hac fi-
gura vides
q̃liter eleuatis
musculis lon-
gis sub eis est
vna pellicula:
quae est ꝺ cor
da musculoꝝ
obliquoꝝ:que
habet villos
obliquos: ⁊ ẽ
vna sub quoli
bet musculo
lõgo:vt vides
in hac figura:
⁊ musculi lon
gi sunt illi qui
pendent inter
coxas:vt ap-
pareãt eleuati
a loco suo na
turali ⁊ pos-
sint videri cor
dae praedicto
rũ musculorũ
obliquorum
ascendentiũ.

¶ De Musculis longis.

m Vsculi longi seu recti sunt duo/in medio abdominis sub et supra cordas antedictas locati/a furcula inferiori pe/ctoris tendentes cum suis uillis per longum uentris usq; ad os pectinis:et ideo dicũtur longi:isti sunt sibi contigui: occu/pates partem anteriorem uentris per latum/in quantitate latitudinis in totum octo digitorum uel circa. Isti musculi non habent proprium pãniculum sicut alii:habent tamen cordas breues terminatas in pectine:et nõ habent alias cordas. Sua substantia carnea est:et diuisa in latum magis uersus cutem/q̃ uersus siphac p duo intermedia neruea seu ligamentalia: quorũ unum est supra regionem umbilicalem:aliud infra:taliter quod quilibet muscu/lus uidetur diuisus in tres partes carneas notabiliter distinctas: ut potes uidere in figura sequente. & ista intermedia supra dicta a natura sunt ordinata/quia quãto uilli musculorũ sunt breuio/res/tanto facilius et melius seruiunt uoluntariis motibus.

Nota.



¶ In hac fi/
gura vides
duos muſcu/
los longos de
nudatoſ a coꝛ
dis muſculoꝝ
obliquoꝝ/qui
muſculi longi
ſunt ſupra coꝛ
das muſculo/
rũ latitudina/
lium/ ⁊ quili/
bet muſculus
habet duas di
uiſiones ner/
ueas ſeu liga/
mentales in ſe
per latum ten
dentes.ſ.vnã
ſupra vmbili/
cum: ⁊ aliam
ĩfra/vt vides:
⁊ ita quilibet
muſculus lon/
gus videt̃ di/
uiſus in tres
partes ſeu in
tres muſculoſ:
⁊ hoc fecit na
tura:q: quãto
villi muſculo/
rũ ſunt breuio
res:tanto me/
lius ⁊ facilius
cõtrahuntur.

¶ De Musculis latis.

Visis prędictis: musculos tam obliquos q̄ rectos abiicias: ut melius uideas latos: qui sunt sub longis cum suis cordis mediante una ex tunicis cordarū musculorū obliquorum ascendentium/quam uide cum diligentia postq̄ remoti sunt musculi longi: quę tunica est subtilis ualde: alligata notabiliter cordis musculorū latitudinaliū/qui musculi lati habēt suam partem carneam sub parte carnea obliquorū: et isti dicūtur lati quia positio suorū uillorū est per latum uētris/et isti sunt magis supra regionem umbilicalem q̄ infra: quia a superioribus ad inferiora est sua principalis operatio: quę est expulsiuā intestinorum iuuare/eorū pars carnea est dorsum uersus: Terminātur in cordas in illa ragione ubi est situs longitudinaliū: et dexter obuiat sinistro mediāte sua corda/ipsorū pars carnea est sub carne obliquorū: et corde suę sunt imediate sub cordis obliquorū ascendētiū prędictorū/istę cordę sunt etiam multū latę/et etiā bitunicales/durę/inuicem cōpactę/pāniculo peritonio seu siphac alligatę/et suę cordę incruciāt se cū musculis lōgis ad angulos rectos.

¶ Ex prędictis apparuit situs musculorū uentris inferioris. Sua substantia/sua quātitas/sua figura: est cōspicabilis: Numero sunt octo: quatuor obliqui: duo longi/duo lati/colligantia est ostēsa. Firmissime.n. inuicem sunt cōcatenati: & taliter sunt uniti q̄ iudicantur unus pāniculus qui dicitur carnosus: Complexio eorū in uiuo patet ex sua substantia.

Pāniculus carnosus.

¶ Iuuamenta eorū sunt calefacere intestina/et manutenere unita omnia mēbra nutritiōis: et iuuare retentiuā: expulsiuā tamen principaliter: iuuant et interdum membra anhelitus: maxime in flamine cum ictu: et in uiolenta expiratione: passiones omnium modorum possunt pati.


Flāmen cum ictu. Uiolenta expiratio.

¶ Prędictos musculos uidebis in prima figura subsequente/et in secunda figura uidebis situm/locum et etiam figuram octo musculorum abdominis: seu epigastri: alias mirach: qui tamen melius hos musculos et multa alia perscrutari intendit/ad nostra super Mundino cōmentaria Recursum habeat/de quorum labore post mortem me Amabit inuidia.



¶ Habes in
hac figura
duos muscu
los latos/su/
pra quos erāt
musculi longi
⁊ obliqui/ qui
nūc sunt eleua
ti ab eis/ vt vi
des/ ⁊ istoꝝ
musculoꝝ lati
tudinaliū ps
carnea est a la
teribus / pars
vero eorū ner
uea .s. cordae
eorū sunt i me
dio ventris/⁊
sūt ex duabus
pelliculis com
positae.s. secū
dum sub ⁊ su
pra/⁊ sunt al/
ligatae cū pā/
niculo siphac:
⁊ isti musculi
sunt magis in
superiori parte
huius ventris
q̄ȝ in inferiori:
vt uides/vt
melius expel/
lant inferius
quod in inte/
stinis est.

¶ In hac fig/
ura sunt tres
species muscu
lorum.s.obli/
qui longi ⁊ la
ti : ⁊ habes in
dextra parte
duos muscu/
los / qui non
sunt tegentes
totam partem
dextram/sicut
faciunt natu /
raliter / ⁊ vt
mõstratuȝ est
in prima ⁊ se/
cunda figura:
⁊ sic in hoc lo
co facti sunt :
vt melius vi/
deatur eorum
incruciatio:in
sinistra vero
parte habes
vnum muscu/
lum longum:
⁊ vnum latũ:
cuius lati tan
tum apparet
pars carnea:
corda vero ipsi
us musculi la
ti est sub mu/
sculo longo
praedicto.



¶ De Peritoneo seu Siphac.

u Isis predictis eleua cũ cautela cordas musculorũ latorũ ab una mẽbrana sibi ãnexa uersus ĩtestina: quę est subtilis et dura: Peritoneon et Siphac noĩata: ista ambit totã uacuitatẽ uentris inferioris circũquaq; : Rotũda est/ nõ perfecte tamen. Sua substãtia est Neruea dura: sua figura dicta est. Peritoneon Siphac.

¶ Ab isto pãniculo oriuũtur duę bursę uel sacci didimi uocati: in quibus sunt duo testes. intra scortũ locati: quę sunt partes ipsius scorti: sua quãtitas est quanta est uacuitas uentris inferioris: situs patet/ numero est unus pãniculus solus: colligantia sua est cum musculis latis et cum omnibus membris cõtentis in isto uentre: et omnia membra huius uentris habent pãniculum proprium ea inuoluentem: ortum ab isto peritoneo.

¶ Colligatur etiã secũdũ Auic. cũ pleura/ colligat̃ etiã septotrã suerso et testibus: sua cõplexio est illa: quę est aliorũ pãniculorũ.

¶ Iuuamẽta sua sunt ligare dorso mẽbra nutritionis & generationis: & calefacere ĩtestina: & ea seruare a Ruptura: & ea habet manutenere ab exitu extra uentrẽ: Iuuat ẽt simul cũ septotrãsuerso expulsionẽ cõtentorũ in uentriculo: & in intestinis: & in matrice.

¶ Passiones omniũ modorũ patitur/ sua propria passio est Crepatura & Mollificatio. Curã omniũ uide alibi: quia in demõstratione anatomie nõ cõuenit ponere curã asclitis: neq; curã uulnerũ abdominis/ nec intestinorũ/ nec modũ castrãdi/ nec extrahẽdi lapidẽ/ sicut fecit Mũdinus/ nec etiã alterius egritudinis. Nos tñ dicemus aliqd de flebotomia uenarũ Guidez: & forte aliqua alia singularia. Medicis necessaria de qb⁹ raro scribũt authores. Crepatura Mollificatio.

¶ De Omento siue Zirbo.

p Redicta mẽbra abiicienda sunt: ut melius uideatur residuũ mẽbrorũ: & primo occurrit Zirbus seu Omẽtum: Rete a uulgaribus dictũ/ qd ẽ mẽbrũ cõpositũ duabus pelliculis nerueis subtilissimis: cũ multa pinguedine sibi annexa. Zirbus. Omentũ. Rete.

¶ Habet hoc mẽbrum plures uenas pulsantes & quietas/ manifestiores tamen in macro corpore q̃ in pingui: Sui pãniculi seu pãniculus sunt discontinui per totum: nisi circa circũferentiam eius/ habet formã marsupii seu sacci. Est enim inter ipsas pelliculas maxima concauitas.

¶ Sua substantia est dicta: Colligantia est cũ Siphac/ cũ Colon &

eum Splene. Suus situs est ante uersus: supra intestina extensus a uētriculo usq; ad inguina. Sua magnitudo est cōspicabilis: Numero est unum mēbrū solum. Sua figura est tacta: Sua cōplexio est cōplexio partiū eum cōponentiū: Sua iuuamēta sunt iuuare digestiuam et remollire feces. Passiões omniū modorum potest pati: Causat ramicem in scroto: In umbilico et in inguinibus: et alibi in sumine: si rumpatur uel mollificetur peritonion.

¶ De Intestinis.

Cā reuolutio/nis itestinorū.

e Leua Zirbū et uidebis intestina quę sunt cōtinua/a uētriculo ad Anum: uoluta et reuoluta: ut lōgo tempore retineant cibū gratia boni finis/et numero sunt sex.

Rectū intesti/num. Colon.

¶ P° ab iferiori ascēdēdo: ē Rectū: lōgitudine palmi uel circa.

¶ Secūdo est Colon: quod ascendit per partem sinistram usq; ad regionem Renis et lienis/deinde transit a sinistro in dextrum: super equitādo stomachum: & in dextro unitur intestino sacco; circa supremā partem ossis Anchę locato.

Saccus. Caecus.

¶ Hoc intestinū saccus et Cęcus dictus/est tertiū in ordine numerandum: Et ista tria dicūtur grossę substantię. Carnosa enim sunt: et possunt consolidari si soluantur.

Ileon. Ieiunum. Duodenū. Lactes.

¶ Quarto est intestinū longum: Ileon et Reuolutum seu inuolutum dictum: quia reuoluitur unde quaq; per uentrem. Quinto est Ieiunū: Sexto Duodenū: Et ista tria sunt subtilia: ab aliquibus lactes dicta: quorū solutio non consolidatur/si est notabilis: Subtilia sunt superiora per colligantiam/et Grossa sunt inferiora/omnia habent duas tunicas et pāniculum cōmunem ortum a peritonio/supertegentem et alligantem ipsa dorso.

¶ Interiori eorȝ parti Pituita alias Phlegma adhęret: ut resistat corrosioni & lubricet feces/in eis secūdū aliquos sunt uilli omniū modorū: plures tamen lati: Sua complexio est frigida et sicca: et Gracilia sunt frigidiora Grossis: quia substantia sua est Neruea: in Grossis est aliqua caro: Sua figura apparet: Suus situs particularis apparuit et apparebit ex dicendis: Iuuamenta sunt nota: Passiones omnium modorum patiuntur.

Meseraice lactes. Sāguificatio incipit in meseraicis.

¶ Ad particularem anatomiā intestinorū uidendā. Primo uide cū diligētia: Sitū eorū: et anteq̄ ea separes a mesenterio/cōsidera eorȝ Venas meseraice et lactes ab aliquibus dicte: q̄ portāt chilū ad portā uenā/in quaȝ ramis minimis incipit sanguificatio duce

Iecinore. Nota etiã Situm Venę Portę: quę est extra concauum Iecinoris tendens uersus intestina: & uersus stomachum: Omentum & Lienem cum octo ramis/quos omnes uide cum diligentia/si potes anteq̃ intestina abiiciantur. Uena portę Octo rami vene portae.

De intestino Recto.

I Stis expeditis. primo uidẽdũ est Rectum seu lõganon: quod est fece mundandũ: ipsam manibus exprimẽdo in Colon: & suum extremũ uersus Colon est in duobus locis ligandum: & inter ligaturas secandum. Sua enim positio est ab Ano ad superiora per Ventrem ascẽdes circa palmũ/paucas habẽs Venas meseraicas/quia suum cõtentũ parũ nutrit/terminatur circa Ilium sinistrum: ubi incipit Colon: Recto unitum. Rectum Longanon.

De Colo intestino.

N Otabis Colon esse situm in sinistro: & circa Renem sinistrum ascendit/& ibi est strictus: ut cedat locũ Spleni quem cooperit & cui alligatur/tendit ab hinc ad dextrũ latus & superequitat Ventriculũ & ei alligatur: hinc fit syncopis secessus tempore: hinc suus dolor crescit sumpto cibo/sed dolor Renalis crescit in secũda digestione/alligatur Omento: a quo & etiã a uẽtriculo humectatur/tegitur penula Iecinoris/in qua est Cystis bilis/ideo subnigrũ est & amarũ/est cameratũ seu cellulatũ/pituita abundat. Cucurbitini et etiã alii uermes in isto generantur: In ipso etiã stercus acquirit figurã inequalem/in isto fit rugitus parũ ante ascelandi horã: Taliter est situatũ/ut a superiori ad inferius melius graue descẽdat: & ut cooperiat ieiunũ & duodenum ipsa ab extrinsecis tuendo: & ut sue feces remoliantur ab Omento ipsi continuato/& ut etiã a cysti felis ad ipsum resudet fel/seu bilis/suarũ fecũ expulsionem stimulans. Ex suo situ habetur situs clisterizãdi: & locus applicatiõis medicaminũ in colica: Sua quãtitas est cõspicabilis: Sub substãtia est carnea parum: & neruea ac pinguis & Solida: ut resistat duris & acutis. Notabiles etiã habet Venas Meseraicas/per quas meat chilus & sanguis. Colon. Cucurbitini generãtur in colo itestino.

Sua propria passio est dolor uentosus: In hoc generantur lapides & coria a pituita exiccata: istis uisis potes excarnare Colon a Mesentereo/cui alligatur/& dimitte Rectum in loco suo usq; ad Anatomiam Ani: quę non potest perfecte uideri: nisi quãdo facies anatomiam uirgę & uesicę.



De Sacco Intestino.

Saccus. Cecus. Monoculus.

h Vic intestino circa os anche infra René in latere dextro locatur intestinũ unũ Cęcus: Saccus & Monoculus dictus, quia pendet ut Saccus, & unicũ habet orificium: per quod trahit & expellit feces, in diuersis tamen horis trahit ab Ileo & expellit ad Colon, in isto fit maior digestio q̃ in alio intestino: Est enim alter uentriculus, primo attrahit, deinde digerit, postea ad Colon expellit.

Sua quantitas est circa palmum per longum, latum est ut Colon, & etiam plus, non est Mensetereo alligatum: sed pendet in uentre. In isto generantur Vermes, Serpentes dicti.

Hoc tñ intestinũ sępe reperitur frustratũ in natura: quia nihil operatur de pdictis, & tũc reperitur etiã alligatũ Colo intestino & ileo, & est tanq̃ additamẽtum quoddam: & sua figura apparet compacta stricta: intus tamen est uacua, & est minor digito minimo manus per latũ, & est longitudinis triũ unciarũ uel circa.

De ileo intestino.

Ileon. Longum. Reuolutum. Inuolutum.

h Vic intestino Sacco ascendendo imediate alligatur primum de gracilibus dictum ileon, & longum, & reuolutum seu inuolutum, cuius substantia est gracilis, sua figura oblonga est & rotunda, quãtitate est longior q̃ omnia alia intestina simul, in isto itestino sunt plures meseraicę q̃ in aliquo alio propter suam longitudinẽ: Situs suus est magis circa ilia, est tamen alibi per uentrem: Alligatur Mesenterio: a quo debet excarnari, ut alia intestina superiora bene uideas: Sua propria passio est iliaca dispositio, & passio dicta miserere mei: in qua stercora transeunt ad os: ut uomitu patientis comprehenditur.

De ieiuno intestino.

Ieiunum. hira. hilla Sterile. uacuum.

h Vic ileo continuatur Secundũ de gracilibus: Ieiunum: hira: & hilla: & sterile dictũ: siue uacuũ: & est uacuũ quia est propinquũ iecinori: a quo euacuatur attrahendo ab eo chilũ et expellendo in eo contenta, mediãte bili a Cysti circa Duodenũ i ipso ingrediẽte, plures Meseraicas habet aliquo alio intestino sibi pari in longitudine: ut cito succurrant iecinori: Est tamen magis uacuũ in sua superiori parte iuxta Duodenũ: & nõ est totaliter rectum, sed incipit reuolui ubi alligatur ileo: et ideo pro parte est rectũ & pro parte inuolutũ, color eius est citrinus:

quia iecinori uicinus:est similis ileo ĩ substãtia et figura:Sua quãtitas est cõspicabilis:non magna tamen:& suus situs est circa regionem Hepatis et parum infra:in medio tamen uentris.

¶ Istis uisis potes excarnare etiam hoc intestinũ sicut alia a Mesentereo/ut melius uideas duodenũ:quod cognosces in sua longitudine a stomacho infra esse in quantitate quãtum sunt duodecim digiti per latum a stomacho uersus inferius.

¶ De Intestino Duodeno.

Ultimo loco est uidẽdum supremũ de gracilibus dictum Duodenum et Dodedactilon:cuius quantitas per longum apparuit supra:et sua latitudo est minor omni alio intestino: et est tanta quanta est porta inferior uentriculi dicta grecé Pyleron/latine Ianitor. Duodenum. Dodedactilõ. Pyleron. Ianitor.

¶ Sua substantia est gracilis:Non est reuolutũ/sed rectum alligatum uentriculo uersus suum superius: et alligatur Mesentereo: circa Ieiunũ/alligatur etiã Cysti bilis:per canale quod portat bilem ad intestina mũdificãda/a pituita principaliter/et a fecibus.

¶ Iste canalis ingreditur diagonaliter in isto intestino iter tunicã et tunicã:ne reascendat bilis et forte Chilus ad Cystim. Ingressus diagonalis cystis in duodeno.



¶ Istud canale cũ cautela considera/et conserua pro Anatomia pdictę Cystis/sua iuuamẽta/sunt suscipere a uentriculo digesta: et trãsmittere ea ad alia intestina: patitur omne genus morbi.

¶ De Mesentereo.

His uisis incide Duodenũ infra porũ ad ipsum uenientem a Cysti bilis:primo ligando eũ/ne in uẽtriculo cõtenta exeãt/et alia intestina eiicias/si ea prius ex carnasti caute/ut pdictũ est a Mesentereo seu Eucaro: quod ab aliqbus etiã dicitur lactes.Hoc mẽbrũ est inter ipsa intestina locatũ: in eorũ centro ea ligans dorso/et cõpositũ est pro parte ex pelliculis duplicatis:& ex Pinguedine et Glãdulis:ĩ quo sunt Venę multę ab Hepate mediãte Vena porte uenientes:q cõiter uocãtur Meseraicę/et a Gal.dicitur manus Hepatis/qa rapiũt ab itestinis materiã sanguinis et illã dãt hepati.Et istę Venę sũt ex aliqb⁹ Ramis Venę portę:q sunt extra hepar:ĩ isto mẽbro sunt ẽt aliq Arterię. Mesentereũ. Eucarus. Lactes. Meseraicae. Manus hepatis.

¶ Hoc mẽbrũ est bipartitũ:Prima pars est in superiore parte ad Ieiunũ et Duodenũ alligata/q est ualde glãdosa/et hęc pars habet suas pelliculas simplices/et per istam partem trãseunt Venę Mesentereũ duplex. Prima ps Mesenterĳ.

Dolce morso Brisaro. Buca saporita.

porte ad Ventriculum/ad Splenē/& ad Omentum/hęc pars in porco est saporosi gustus/& uulgariter uocatur Dolce morso & etiam Brisaro/& Buca saporita/in istis magnis glandulis continetur interdum materia causans ęgritudinem:quę uocatur melācolia mirachia.

Secūda pars Mesenterij.

¶ Alia pars huius mēbri est alligata aliis intestinis. Cuius pelliculę sunt duplicatę:quia magna alligant mēbra dorso:et hęc secunda pars ab omnibus habetur pro uero Mesentereo/ista duo membra nutriūtur a uenis portę.

¶ Sua quantitas et figura apparent/prima est minor secūda/sua complexio est frigida: Colligantur dorso mediante Siphac.

¶ Iuuamēta eorū sunt ligare intestina dorso:et substētare Venas meseraicas et alias Venas portę/et humectare feces intestinorū.

¶ Numero sunt duo mēbra etiam apud uulgares. possunt pati omne genus morbi:istud mēbrū seu mēbra debēt dimitti in suo loco usq; quo uisa sit Anatomia Venarum portę.

Ventriculus. Stomacus.

¶ De Ventriculo/qui cōmoniter dicitur Stomachus.

Expedito mesentereo per duodenū supra relictū infla Ventriculū quātum potes:propter eius magnitudinem ultimam uidendam/deinde reducas ipsum ad inflationem mediocrem:ut melius uideantur in eo requisita.

¶ Et primo notabis eius locū: qui est in medio totius remotis extremis:et est īmediate sub septotrāsuerso/a dextris habet Hepar: a sinistris Splenē/infra se intestinū Colum et alia intestina/ante Omētum et Abdomen/posterius Dorsum et cōtēta in eo/suus situs est obliquus sub diaphragmate dorso alligatus/pars eius superior est ī sinistro:ut cedat hepati in dextro et ī alto locato:& ut ad os eius facilius uadat melācolia a splene/pars eius inferior est in dextro:ut cedat colo: qui ē in sinistro magnū occupans locū: est tū sua pars inferior ī dextro uersus portanariū minor q̄ in sinistro uersus Colon:qa ī dextro Iecur occupat maiorē locū q̄ Colon in sinistro locatū:pars etiā eius iferior est ī dextro aliqualiter ne orificia sint directa:& ut cibus retineatur melius: et ut colera a Cysti facilius intret Duodenū cōtinuū parti ipsius inferiori.

Maura cucurbitula.

¶ Sua substantia est neruea a prędominio/suus color patet: sua figura est rotunda arcualis ad modum maurę cucurbitulę: sua quantitas patet.

¶ Colligantur cordi per Arterias/hepati et Spleni per uenas/cerebro per neruos descendẽtes/alligatur Ano p intestina/et Ori mediante gula/alligatur Zirbo ante uersus/habet duas tunicas ueras/intrinsecã magis nerueã propter appetitũ: et magis grossam:rugosam & durã:qa obuiat cibariis duris/q̃ durior est in parte supiore & etiã magis sensibilis/habet extrinsecã subtiliorẽ declinãtẽ ad naturã paucę carnis/ĩtrinseca aliquomõ nutrit̃ seu uoluptuat̃ a chilo/extrinseca nutrit̃ a Vena portę/ĩtrinseca habet uersus interius uillos lõgos attractioni seruiẽtes/uersus exterius habet obliquos retinẽtes/extrinseca hẽt Villos latos expellẽtes.

¶ Suũ fundum seruit digestiuę mediante exteriori tunica:et mediante calore mẽbrorũ circũstantiũ. Est tamen ei uirtus propria occulta digerendi:sicut Matrici generãdi:et hepati sanguificãdi: suũ supius seruit appetitui adiuuante melãcholia a Splene ad os eius emulgente:et propter hoc Reperitur sepe nigrum.



¶ Habet etiã Ventriculus tunicã cõmunẽ inuoluentẽ ipsum & alligantem dorso/ortã a peritoneo/grossiorẽ quocũq; alio membro in uentre inferiori cõtento:excepto Mesentereo ĩ quo est duplicata/et est talis in Ventriculo propter extensionem cibariorum.

¶ Corpus eius est alligatũ dorso cum orificio suo superiore .s. inter.xii.&.xiii.Sphondylũ dorsi:quod orificiũ proprie dicitur Stomachus:et ibi ponũtur medicinę pro confortatione appetitus:& hoc orificium est in extremo inferiori Gulę seu Meri:quę persorãdo diaphragma ascendendo cõtinuatur Oris extremo/maxime sua interna tunica : et hoc orificiũ clauditur a diaphragmate ne corporis inclinatione cibus facile redundet: Alligatur etiã dorso cũ sua pte ĩferiori.s.cũ pyluro alias pyloron/seu portanario/in loco ubi Duodenũ a Mesenterio alligatur dorso / reliquum uero ipsius est solutũ et mouetur de facili undequaq; : Et portanariũ est altius fundo cõtinente cibaria:ne cibus descendat indigestus. Proprie stomacus. Pylorus. Pyloron. Portanariũ.

¶ Numero est unum mẽbrum:sua complexio ex parte componentium est frigida et sicca.

¶ Sua iuuamenta sunt appetere / Retinere : et cõcoquere cibũ: et date partem grossam intestinis/benignã autem et digestam aliis membris:mediante Hepate.

¶ Passiones omnium modorũ patitur: et propter eius magnum sensum ei compatitur cor et cerebrum.

De Splene.

Splen. Lien. r Elicto Ventriculo in suo loco pro uenis portę uidendis Splenis seu Lienis anatomie est uacādū:et primo uidebis ipsum in hypochondrio sinistro situm:hęrentem secundum suum paruū cōcauū Ventriculo:et secūdū gibbū cōtiguū costis dorsum uersus et uersus latera:tectum peritoneo.



Eleuabis tamen cadauer:ac si sederet:ut melius uideas eius situm/qui est īfra diaphragma/īmediate ī hypochōdrio: maxime in uiuo:In mortuo uero iacente/uidetur esse sub costis : quia sua grauitas impellit diaphragma de facili ad superiora:quia pulmo est uacuus et Rarus/de facili cedēs:potes etiā aliquas costas mēdosas eleuare:ut melius uideas Splenis sitū:sic etiā facies in anatomia hepatis:propter prędictā causam:Cōueniret etiā aliqualiter hic modus in demōstrādo stomachi sitū : qui etiam iacendo cadauere propter inanitionē pulmonis/ uidetur esse cū aliquali sua supiori pte sub ossibus pectoris magisq̄ naturaliter sit ī uiuo.



Figura sua ē quadrata aliqualiter lunata/Rarę substātię:colligatur cordi per magnas arterias (quas uidere debes) subtiliātes sanguinē grossum/qui subtiliatus Splenē nutrit:hepati ligatur p ramū portę.Cerebro p neruos : Mesētereo & Omēto p Venas: & Siphac per pāniculū tegentem/ stomacho per plures Venas: aliquę quarū nutriūt sinistrum uentriculi : & una emulget ad os eiusdē melācholiā:quātitas sua est nota / sua cōplexio ponit cali da & humida: & propter contentū ponit opposita. Numero est unum mēbrū/iuuat totum corpus expurgando massam sanguinariam a fece:& ideo Risum prouocat/interdū sanguificat/incitat appetitum/iuuat digestionē Stomachi/ omne genus morbi patitur:& in eo est aliquādo peculiare cursus & fortis motus impedimentum : & traditur eo exempto per uulnus aīalia interdū uiere : & sunt qui putāt sui magnitudine risum adimi:& intredū mutauit locum cum Iecinore: sed prodigiose.

De Hepate siue Iecinore.

Iecur. Hepar. u Isis prędictis cadauer ut supra patuit est eleuandum:ut hepar monstret suū situm / qui est immdiate infra diaphragma in hipochrōdrio dextro/in homine magnum: quia est animal calidū & humidū/ lunaris est figure:euis cōcauū est uersus uentriculū / gibbū uero est cōtiguū costis uersus dia/

phragma/superius tamen:& uersus latera et dorsum uersus.

¶ Sua substantia est caro ipsius et Rete ex uenis contextum in ipso dispersis:sua caro est sanguis coagulatus/habet quinq; lobos seu penulas/interdum quatuor et tres/interdum duas.

¶ In concauo / est una Vena dicta porta : quę ipsum ingreditur cum quinq; Ramis ad minima per totum uersus gibbum disper sis : ut chilus in eis ad minima diuisus / melius transmutetur in sanguinem. Uena porta.

¶ In ɔcauo etiā ē cystis parua mūdās sanguinē a bili/siue a cole ra uel fele anteq̄ trāseat ad gibbū. Incōcauo etiā/in Vena portę igreditur Vena umbilicalis adnutriendū fetum in utero matris. Cystis parua Uena vmbili calis.

¶ In gibbo est una Vena chilis dicta / etiam cū quinq; ramis ad minima per totū corpus eius dipersis/Minimi rami chilis coasto mantur seu uniuntur cū Ramis portę/et ab eis sugunt sangui/nem depuratum a colera et a Melācholia:mixtum tamen aquo sitati:qui in gibbo ulteriorem acquirit decoctionem. Uena chilis.

¶ Hepar euētatur in parte eius gibba a septotrāsuerso et a uena chili per ipsum ascēdente ad Cor:per quā alligatur ei/habet etiā Arterias paruas in cōcauo eius:per quas euētatur:hę Arterię ue niunt ab Aorta ibi propinqua cū difficultate uisibiles/alligatur Metaphreno per pāniculum suum suspēdentem : & Abdomini per Venam Vmbilicalem/Cerebro per neruum/Mediante ta/men pāniculo orto a peritoneo a quo circūuoluitur : Alligatur etiā omnibus membris habentibus Venam / sua complexio est calida et humida. Numero est unum/partes Ipsius sunt propria caro:Vena portę:et Vena chilis/Arterię: Neruus cum pānicu/lo:et Cystis cholerę:Sua operatio est sanguificatio: Sua propria passio est hydrops:patitur tamen omne genus morbi. Quomō euen tetur Hepar.

¶ De Vena portę.

Xtra substātiā hepatis ē etiā uena portę:teste Gal.sic di cta a uiro uersuto circa naturam:et ab illo remansit no/men usq; nunc : quod Hyp.& totus cetus Asclepiadis laudauit/quia portāt sui rami preelaboratum in Ventre cibum ad totius animalis digestionis locum:quem uocamus hepar. Uena portae.

¶ Hęc Vena extra hepar habet octo partes: duę sunt paruę/sex maiores/una ex minoribus habet duos ramos/unus nutrit Duo denum:et alter Mesenterium:Duodeno contiguum. Uena porta habet octo partes.

¶ Alia Vena minor nutrit Ventriculum iuxta portanarium.
¶ Prima ex sex maioribus nutrit partem latã exteriorẽ uẽtriculi.
¶ Secũda cum aliquibus ramis uadit uersus Splenem: a qua primo unus Ramus uadit ad Mesentereon nutriendum: deinde unus alter magnus ramus uadit ad Splenem: qui in uia in plures diuiditur ramos/quorum unus magnus nutrit sinistram partem inferiorem uentriculi.
¶ Hic met Ramus sequitur ingrediens Splenẽ: & emittit a se duos Ramos/quorum unus ascendit/alter descendit/ascendentis tres sunt partes: una pars nutrit Splenẽ/alia nutrit superiorẽ partem uentriculi: altera pars transit ad os eius emulgendo melãcholiam ponticam pro appetitu incitando: quę ut plurimum egreditur cum fecibus per intestina.
¶ Vena pdicta descẽdens bipartitur: unus Ramus nutrit Splenẽ: alter uadit ad Omẽtum ĩ parte sinistra & ipsum nutrit.
¶ Tertius ramus ex sex prędictis uadit a sinistris ad Rectum intestinum suggendum.
¶ Quartus etiam ramus ex sex maioribus in capillares spargit ramos/quorũ aliqui ad dextrã partem Ventriculi nutriẽdã uadunt: & aliqui uadunt ad nutriẽdam partem dextram Omenti.
¶ Quintus ramus uadit ad Mesentereon ĩ loco: ubi alligat colo.
¶ Sextus uero uadit ad Mesentereon in parte: ubi alligatur ieiuno & ileo cũ suis ramis: qui dicũtur Venę meseraicę: & hęc est satis magna: Substãtia harum Venarũ est qualis aliarũ: Sua quãtitas/& suus principalis numerus: et situs: et figura ac colligãtia patent: sua complexio est frigida et sicca/sed ratione contenti est calida et humida/suum iuuamentum est pelaboratũ cibũ ducere ad hepar: digestionem etiam secũdam inchoat cũ suis ramis: portat etiam nutrimentum Ventriculo: Spleni et Omento/et intestina nutrit: passiones omnium modorũ patitur: et pręsertim oppilatiões et etiam apertionem suarum meseraicarũ: et interdũ scisuras: et compatitur hepati in omnibus eius morbis.



¶ De Cysti (continente coleram siue bilem) quę a uulgaribus dicitur Fel.

Cystis bilis Fel. Foliculus. Saccus.

C Ystis bilis uel colerę Fel dicta/est foliculus siue saccus ĩ cõcauo hepatis adhęrens penulę medianę eius: cõpositus ex substantia pãniculari: subtili: solida: carente san/

guine:unã solã hñs tunicã:tectã pãniculo tegẽte hepar/i ea sunt uilli omniũ modoꝝ:iterius hẽt lõgos et obliquos:exterius latos.

¶ Sua substãtia est subtilis:quia non digerit aliquid:et dura est ut resistat acuitati colerę / habet unũ porum intrantem folliculum immediate (qui dicitur cõmunis) maiorem aliis/qui secundum aliquos tripartitur/et secũdum aliquos alios quatripartitur.

¶ Vnus uadit ad hepar continuatus cũ Vena portę:a qua trahit colerã per angustas uias/in isto poro sunt uilli longi tantum.

¶ Vnus alter porus uadit uersus itestina:q ẽ duplex in certa di/stãtia/cuius una ps uadit ad Duodenũ uersus Ieiunũ:ut mũdet itestina a phlegmate & fecibus pp acuitatẽ colerę p eũ trãsmissę: et iste porus ingredit̃ diagonaliter in duodeno iter tunicã et tu/nicã eius:ne colera:et in itestino cõtẽta retrocedãt et oppilẽt eũ.



¶ Alius secũdum aliquos uadit ad pyluron Ventriculi/ad cõfor tandũ digestiuam cum sua colera/qui si est magnus/facit homi/nem infelicem propter continuum colerę uomitum:et istum po rum aliqui negant:per collum cõmune quod ab alliquibus po/nitur pro quarto ramo/fit attractio et expulsio. Pyluron.

¶ Sua quãtitas et figura patet:Numero est unũ mẽbrũ/colliga/tur cordi per Arteriam paruam quam habet:et cerebro per ner uum paruum/complexio eius innata est frigida et sicca.

¶ Sua iuuamenta sunt expurgare sanguinem a colera:et calefa/cere hepatis digestiuã:& ipsum a putrefatione seruare: confortat etiam Ventriculum:& ipsum mundat a pituita:& iuuat expulsi/uam intestinorũ/& interdum homo caret felle/hic tamẽ est Va litudine infirma & breuioris uitę.

¶ Passiones omniũ modorũ patit̃:Sua propria passio est oppil/tio:p quã causatur morbus regius seu Icteritia:et si est oppilatio in poro cõi:et corpus nõ expurget̃ a colera : tũc fiũt ęgritudines colericę diuersorũ modorũ : feces tamen possunt esse coloratę. Oppilatio cy stis.

¶ Si uero est oppilatio in collo tẽdente ad intestina et ad porta nariũ:tũc feces sũt discoloratę:& ẽt colera nõ expurgat̃ a Cysti: sed regurgitat ad hepar:& cãt diuersas ęgritudines colericas.

¶ Et si in collo uersus hepar fiat oppilatio:feces poterũt esse co/loratę aliquo tempore:et causabit etiam ęgritudines colericas di uersorum modorum:sed durante oppilatione feces erunt disco/lorate cętera diximus in cõmento supra Mundinum.

¶ De magna Vena chili:& Aorta descenden
tibus:& emulgentibus.

u Isis prędictis abiicias Mesentereon: Splenem: et Hepar: de cuius parte gibbosa reserua illam partem/a qua ime diate exit cãnalis magnus Venę chilis: ut possis uidere eius ortum:reliquendo tamen Ventriculum detumefactũ in suo loco:ut deo eo uideantur etiam aliqua alia.

¶ Ad motum autem inuiolentum expirationis/ cōcurrunt (le/ uiter tamen) Musculi interiores costarũ: & omnes alii Musculi constringentes/ sed principaliter hic motus est naturalis/ quia fit a corde & a pulmone/ ad expirationis uero uiolentum motum/ iuuant/ cor & pulmo/ sed principaliter iuuant omnes musculi cō stringentes pectus: & etiam Musculi Abdominis.

¶ Ex prędictis patet colligantia Musculorũ pectoris/ & figura: situs & quãtitas & eorum substantia. Numerus est dictus. Com plexio sua est calida & humida: iuuamenta dicta sunt. Passiones omnium modorum patiuntur.

¶ De Ossibus Pectoris.

O Ssa pectoris nō sunt unum continuũ sicut in capite: sed plura cōtigua/ ut possit dilatari/ quę sunt ante & a lateri bus/ proprie sunt ossa pectoris: sed quę sunt posterius: sunt magis appropriata dorso/ ossa pectoris lateralia/ a latinis di cuntur costę/ dictę gręce ab aliquibus pleura & chondros: Nu/ mero sunt.xxiiii. duodecim in quolibet latere/ de quibus decem inferiores ab utroꝙ latere quinꝙ/ gręce Rhoas dictę: aliis sunt breuiores: & secundum aliquos parum ossosę/ sed carthilagineę/ quę a latinis mendosę et incompletę dictę sunt: superiores uero completę et integrę sunt: et uocantur uerę Costę/ quę in quoli/ bet latere sunt septem: quibus continuatur utrinꝙ os pectoris

Costa. Pleura. Pleuron. Condron. Rhoas.

prędictum:quod os in medio est durũ:& uersus costas carthilagineum.s.q͡ inter os pectoris & costas est carthilago.

¶ Hoc os secundũ aliquos/est ex septẽ ossibus cõpositũ/quibus utrinq͡ uniuntur septẽ costę uerę:& secundũ aliquos alios est ex quindecim.s.septẽ in quolibet latere:& unũ in medio:& secundũ alios est ex.xxi.s.ex septẽ in medio:& utrinq͡ ex septẽ carthilaginibus/q͞bus uniũt costę uerę. Anno tñ.1523.i anatomia publica: una costa uera apparuit duplex/ubi ossibus pectoris iũgebat.

¶ Sua figura ẽ lunata. Sua substãtia:& q̃titas:& situs patẽt. Costę colligãtur duodecim primis sphõdylis ĩfra collũ:& ossibus pectoris p̄dictis:& pãniculis eas tegẽtibus. Sua cõplexio frigida est & sicca. Sua iuuamẽta patẽt. Passiões omniũ modoꝝ patiũtur.

¶ Suã Anatomiã optime uideres: si in uno indiuiduo eis solis uacares/nõ habendo respectum mẽbris spiritualibus.

¶ De Pleura Pãniculo.

Pleura. I Nter mẽbra cõtinẽtia/ponit pãniculus ĩmediate costis & ossibus pectoris hęrens/q dicit Pleura/cuius substantia est neruea/dura & subtilis a qua oriũtur pãniculi mẽbra in isto uẽtre ĩmediate tegentes. Sua figura est plana/extensa per totũ in circũferẽtiis pectoris:& etiã circa diaphragma uersus suũ superius extẽditur per totũ ipsi firmissime hęrens. Sua quãtitas ex p̄dictis patet/occupat totam cõcauitatẽ pectoris:excepta certa parte anteriori eius/quę occupata est a mediastino.

¶ Numerus/& etiã situs:& colligãtia:& sua cõplexio patẽt. iuuamẽta sunt uestire & tueri mẽbra pectoris:& ligare sua ossa iuicẽ: & mediare ĩter ossa & mẽbra ꝯtẽta ĩ pectore/ne molle ledat a duro ualde. Passiões omniũ modoꝝ patit. Istũ pãniculũ nõ uidebis p̄fecte/nisi ĩcidẽdo costas apias pectus eo mõ quo ĩfra dicet.

¶ De septo trãsuerso seu Diaphragmate.

u Isis partibus cõtinẽtibus/cõtenta occurrũt:& primo est uidendus Musculus pãnicularis diaphagma dictus. Secũdo pãniculus Mediastinus. Tertio pãniculus Capsula & receptaculum cordis dictus. post ista mẽbra/uidebitur Cor: & residuum contentorum in pectore.

¶ Dico ergo quod intra corpus/inter uẽtrem Imũ & Mediũ/est certa substãtia pãnicularis & carnea:dorso circa duodecimũ sphõdylum alligata/quę dorso ante uersus alligat semp extremitati/

bus costarū mēdosarū usq₃quo terminetur & alligetur extremo furculę inferioris pectoris:& sic diuidit mēbra naturalia a uitalibus:& hoc mēbrū nominat Septū trāuersum:& Paries:& Phrenes:& Diaphragma:quod est musculus & non pāniculus:fungitur tamen officio pāniculi in tuendo Cor & membra superiora a uaporibus olidis eleuatis a mēbris nutrimenti/ sua pars carnea est ad extrema eius:& sua corda est in eius centro pulmoni unita:quia habet cum tali situ/illum mouere. Septū trāsuersum. Paries. Phrenes. Diaphragma.

¶ Huic uersus superius/per totū alligatur Pleura:& eodē modo inferius Siphac est ei alligatus/perforatur uersus dorsum/a chili Vena ascendēte/a qua in ipso/una a dextris/alia a sinistris/remanent duę Venę ipsum nutriētes/perforant etiā ipsum uersus dorsum Aorta Arteria descēdens:& Gula seu Meri/quę uersus uētrem inferiorem alligatur Ventriculo immediate.

¶ Sua figura/ & quātitas patet/sua substātia/ & colligantia/ & situs dicta sunt. Alligatur tamen per paruas Arterias cordi: & cerebro per tria paria neruorū/quorū duo ueniunt a Nuca:& unū a cerebro/& isti apparent interdum notabiles.

¶ Sua cōplexio ē calida & humida. Iuuamēta sua sunt pro pte dicta Gal.tñ dixit i ipso esse originē respiratiōis & omniū uiriū corporis:& hęc iuuamēta ipse inuenit primo. Iuuat etiā in expellēdo a Vētriculo/& ab itestinis/ & a Matrice aliq̄ sua ꝯtēta: ꝓuocat ēt risū:secūdū aliquos mouēdo mētē ꝑter uolūtatē i titillatiōibus.

¶ Passiones omniū modorū patitur:sua solutio est lętalis.

¶ De Mediastino.

POst Anatomiā diaphragmatis occurrit pāniculus mediastinus:sic dictus/quia diuidit cassum pectoris secūdū lōgū p mediū:Gal. uocat ēt ipsum cooptoria descēdentia & Aui. pāniculū mediū:ad quē uidēdū:primo a dextris & sinistris separa ossa pectoris a costis:taliter ne ledas cōtenta in pectore:sepa etiā diaphragma ante uersus ab ossibus pectoris:& uidebis istū pāniculū/ab imo ad summū: & ab ante retro diuidere pectus. Sua substātia ē pānicularis: sua figura / & quātitas patēt: situs est dictus:numero sunt duo pāniculi / uersus anterius notabiliter distantes /habētes in se notabilem uacuitatem/sed uersus dorsum apparet unus solus:colligat pleure/a quo secūdū aliquos oritur:colligatur etiam diaphragmati:& dorso / & pulmoni me/ Mediastinus. Cooptoriū descendens. Pāniculus medius.

diãte pãniculo a pleura orto/colligaťetiã meri teste Auic.& etiã ossibus pectoris:colligatur ẽt cerebro p neruos/cordi p arterias: hepati per Venas. Sua cõplexio est frigida & sicca/sua iuuamẽta sunt diuidere pectus & pulmonẽ per mediũ/ut si contingat uni parti nocumẽtũ/ne ꝯtingat alteri:tueť etiã furcas supiores:ab eo etiã fit cõseruatio caloris cordis. Passiões omniũ modoꝝ patiť.

❡ De Capsula Cordis.

u Isis prędictis/debes eleuare ossa anteriora pectoris sepa rãdo ea a parte ãteriori pãniculi mediastini : quẽ dimitte in loco suo usqꝫquo uidisti Anatomiã pulmonis. Eleua etiã utrinqꝫ costarũ sũmitates/ut locũ amplũ habeas pro aliis ui dendis:& in ista sectione bene cõsidetabis ossa pectoris: & etiam pleura:totũ tamen diaphragma in loco suo ubi potes pmitte alli gatũ:maxime dorso:ut uideãtur nerui ad eũ ueniẽtes a superio/ ribus:& ut uideatur gulę siue meri cum ipso colligantia.

❡ Istis eleuatis/ uidebis pulmonẽ/in medio cuius ẽ unus pãnicu lus mediastino alligat⁹:q ẽ durus & grossus/ut melius tueať Cor ab extrinsecis:figura cuius ẽ sicut est cõtentũ ab eo uiscus/cor no minatũ/qui cõcauus est:& similis marsupio:& dicitur capsula: & pericardia ĩ quo ẽ cor ipsum / & aqua ĩ notabili quãtitate / ipsum irrorans & prohibens ne exsicceť a forti calore/quę si exausta sit cardiacus morbus efficiť:quo aĩal ad tabẽ pduciť:ut cõtingit Si/ mię Gal. hęc capsula est ualde sensibilis:& forte cõpletiue primo genita corde: Substãtia/situs/figura:& iuuamẽta sua dicta sunt: Numero est unus:quãtitas patet:colligatur radicibus pãniculari bus cordis/& pleurę/& mediastino/et diaphragmati:per pellicu las suas:hepati per Venas/Cordi per Arterias:Cerebro per ner uos. Sua cõplexio innata est frigida et sicca:influẽs uero calida: quia cordi proximus:Passiones omniũ modorum patitur.

Capsula peri/ cardia.

Simia Gal.



❡ Prędictã capsulã/et mediastinũ/et diaphragma dimitte ĩ loco suo usqꝫquo uidisti Anatomiã neruoꝝ descẽdẽtiũ:qui descẽdẽdo ad uẽtrẽ ĩferiorẽ/mittũt ramos ad pdicta mẽbra:ut diceť infra.

❡ De Corde.

p Ost Capsulam Occurrit Cor:in cuius Anatomia et pul monis: et etiam aliquarum capitis et colli partium pro per ipsorum artificiosam compositionem et operatio nem uberius procedam.

¶ Cordis enim dignitas aliis particulis prȩualet. Omnium enim mẽbrorum est principalissimũ: et dicitur sol microcosmi. Alia enim membra suo spiritu illuminat. Huic enim ẽ prȩcipuus calor/ palpitat certe: et quasi animal motum habet: Ideo nascentibus primum in utero formari fertur: Deinde cerebrum et hepar/ tardissime uero (ut aliquibus placet) oculos: sed hos primo mori/ cor uero ultimo: solũ hoc mẽbrum uitiis nõ maceratur: nec supplicia uitȩ substinet: sed lesum notabiliter illico mortem affert: et cȩteris corruptis uitalitas ĩ eo durat: et propter hoc nõ decolatᵉ animal: in cuius corde repiatᵉ nocumentum sicut est in aliis particulis. Sol micro/cosmi. Cor primo formatur. Cor ultimo moritur.

¶ Aĩalia.n.quibus cor paruũ est/ audatia sunt: pauida uero sunt qbus ẽ pergrande/ ut proportiõe Muribus/ Lepori/ Asino/ Ceruo: et oĩbus timidis/ aut propter metum maleficis: magnũ tamẽ cor multo spiritu pollens/ audaciores cȩteris reddit.

¶ Hirto corde nasci quosdã homines fertur: et hi sunt aliis audatiores fortioresque: ut ĩ exẽplo est Aristomenes Messanius qui.ccc. occidit lacedemonios: et ipse conuulneratus captusque/ tandem per uulpiũ cauernã fugiens euasit: iterũ captus/ audax aufugit: tertio laqueis apprȩhensus/ lacedemonii pectus dissecuere causa uirilitatem eius uidendi/ hirsutũque cor eius repertum est teste Plinio. Cor item ẽ omnibus animalibus septũtrãsuersum et sanguinẽ habentibus teste Aristo.ii.de hyst.cap.xv.in aliquibus tamen pre sua exiguitate cerni nequit. Corde hirto aliqui.

¶ Situs cordis in medio pectoris est intra pulmonem/ homini tãtum cum sua ima parte ad leuam papillam declinat/ ne obuiet ossibus pectoris/ nõ carinatis ut ĩ brutis: sed in latũ cõpssis.

¶ Figuram habet pyramidalem/ gibbam tamen/ nõ talem principaliter: quia sit calidum ignis sequẽs formam: sed quia est mixtum perfectũ animatũ possidet formam operi suo cõpetentem. Cordis forma.

¶ Sua summa pars qua supriora petit et dorso alligatᵉ lata est: et hȩc pars est nobilior aliis partibus cordis/ quia mediantibus duobus orificiis arteriarũ sinistri lateris ab ista parte ueniẽtibus ꝯseruatur uita aĩali: Ima uero ĩ acutũ se collgit/ exitque pene iu mucronem: et in anteriora est eminens.

¶ Sua pars etiã gibbã supiora pectoris spectat: et est talis formȩ: ut sua fabricatio supior & inferior sit bona: et nõ sit in ea supfluitas apta impedire suũ ꝯtinuũ motũ/ et ut in eius cuspide sit agre

gatum ad pũctum unum/ut illud quod leditur tactu ossium: sit minus partium eius/ut minorem suscipiat lesionem.

¶ Sua substãtia est ex carne simplici ubiq; solida / habet autẽ sui mucronis & partẽ eius sinistrã spissioris carnis/ut spiritũ ibidẽ locatũ ꝯseruet:& ut sua grauitate eqpolleat põderositati sãguinis ĩ dextro uẽtriculo ꝯtẽti/cuius pietes sũt leuiores sinistri uẽtriculi.

¶ In suis cauis sũt ligamẽta plurima alba carũculis multis ibidẽ existẽtibꝰ & pelliculis siue ostiolis uenę chilis & arteriosę uenę alligata.

¶ Cor etiam subtili firmaq; inuoluit mẽbrana cum pinguedine quadã / quę ipsius substantiam & calorem conseruant Corroborantq;:& exsicari ipsum prohibent.

Auriculae. ¶ In sũmo eius ubi dorso hęret/sunt duę pelliculę rugosę & cõcauę dictę auriculares/q̃ sũt domiciliis seu uẽtriculis eius/dextro.s. & sinistro unitę/eius spiritũ & sãguinẽ supfluẽtẽ tãq̃ bonus oeconomus accipiẽtes & ꝯseruãtes/& postea ĩ necessitatibus reddentes/in quarũ dextra sanguis in sinistra uero spiritus & aer seruãt.

¶ Istas auriculas ordinauit natura/ut sanguinẽ ac aerẽ extrinsecus uenientem/spiritũq; uitalem interdum in corde superfluentes susciperent/supplentes uices magnitudinis cordis/per quam occupasset aliorum membrorum sibi uicinorũ loca.

¶ Sua etiã magnitudine fuisset graue motui ineptũ: & sępe etiã si esset magnũ ualde: propter spiritus & sanguinis penuriã esset uacuũ:& cõsequẽter debile/ut est in timidis aĩalibus magnũ habentibus cor.s.proportione sanguine & spiritu uacuum.

¶ Eius radices sũmo ipsius sunt alligatę/quę solidę sunt ac durę & quasi carthilaginę/ut sup his sit agilis suus cõtinuus motus.

¶ In corde etiã sunt Inuli multiformes & diuersimode locati/ut continuos & fortes substineat motus: qui sunt naturales: & non uoluntarii:& ideo in eo non est lacertus aliquis.

Uena nutriẽs Cor. ¶ In sũma pte eius p exterius / est una uena a chili orta oblique uersus mucronẽ undeq; ad minima se ramificãs/q̃ ipm nutrit.

¶ Ibidem etiam sunt duę pulsantes uenę/ortę ab aorta per exterius discurrentes/una est eodem situ quo est non pulsans prędicta/quę ipsum uiuificat: Alia in sinu dextro spargitur:& ei uirtutem uitalem affert:sanguinem etiam ibidem cõtinue intrantem concoquit et uiuificat:et ista mediãte:per chilim hepar in suo gibbo euentatur:et uitalitatem propriam conseruat.

¶ Sinū triplicem seu cauū alias domiciliū uel uētriculū possidet: dexter est sinistro maior: & sinister usq; ad extremitatē suę cuspidis peruenit. Dexter aūt sub illo modicū finitur loco.

¶ Inter istos: ē paries densus & spissus/a Gal. diaphragma dictus: ī quo sunt foramina plura patua/ a dextro sinu in sinistrū tendētia/ latiora a quo/ q̄ ad quē: ista foramina dilatātur dū abbreuiatˀ & aperitˀ Cor: & ꝯstringūtur dū elōgatur & cōstringitˀ/ hinc sanguis subtiliatus & pręparatus a dextro in sinistrum meat / ubi in spiritum uitalē complete mutatur. Paries i corde dicitur diaphragma.

¶ Hęc orificia/a medicis habetur pro sinu medio: istū sinū teste Auic. Gal. uocat foueā & meatū: & nō uētrem / ut sit receptaculum nutrimēti quo nutritˀ cor: quod nutrimētum est spissum forte: simile substātię ipsius: & ē minera spiritus generati in ipso a sanguine subtili: & subdit ꝙ tēperatior sanguis est in medio uentre:

¶ Dexter uero sinus/ī eius summo duas habet uenas/una quarꝫ cuius tunica simplex ē / est cęteris uenis maior/a iecinore ueniēs chilis/& cōcaua: & audax ascendens dicta. & hęc per grādis est. quia oībus aliis uenis intra cor & extra sanguinē tribuit: ab eis nihil suscipiens: & ideo plus de sanguine in cor ducit q̄ reducat. Est etiā pergrādis: ut pluries multum fluentem & refluentem contineat sanguinem: & ut eum breui spatio cordi afferat: ut concoqui possit commodius ab eo. Chilis. Concaua. Audax ascendens.

¶ Hic sanguis sic coctus tripartitˀ/una pars ex subtili bilioso minor cęteris ad pulmonē nutriendum uadit.

¶ Altera prędicto maior & subtilior per diaphragmatis ꝓdicti foramina ad sinistrū ubi spirituatˀ sinum tendit.

¶ Reliquū uero eius/nō sic subtilis: & quod etiam longe plus cęteris est/pluries in dextro sinu ingressum & egressum: ut integre coquatur & uitalitatem suscipiat/ per eādē chilim ad omnes animalis particulas transit: & eas nutrit.



¶ Auicena tū ponit quartā partē in uentre medio/ quā dicit esse temperatam: sed hęc est oculis meis incognita/ forte ꝙ in pariete medio cordis penetrat sanguis eū nutriens: sed breui spatio transit in substātiam nutriti/ quia ibi nō est sanguis extra uenas iudicio meo/ nisi in uentre dextro & sinistro.

¶ Huius uenę certum orificium/cordi terminatur/ dum cor dilatatˀ & trahit sanguinē apitur: & dū cōstringitur eū expellēdo

clauditur:sed nõ integre/quia pro parte remanet apertum. Ideo semper in eo tanq̃ thesaurũ & caloris minerã natura retinet aliq̃ feruentis sanguinis portionem/qui denuo aduenientem sanguinem in sui naturam mutat ei se uniendo.



¶ Et hoc orificiũ aperitur & clauditur a tribus pelliculis nerueis: seu ligamẽtalibus/quarũ color est albus ad parietes p̃dicti sinus p ligamẽta alba & solida/suis extremitatib⁹ sup̃ioribus alligatis.

Ostiola venechilis & Arteriose vene sũt solida / sed incõplete claudunt Cor.

¶ Istę pelliculę ostiola noĩata / aperiuntur ad intra sinũ integre: cedentes sanguini intranti:& claudũtur ad extra/nõ integre tñ. Et istę pelliculę solidę & durę sunt: pariter & pelliculę arteriosę uenę:ne ĩ magnis & cõtinuis cordis motibus eis adueniat disruptio:q̃a alligãtur ĩ suo sũmo ligamẽtis eas cõtinue extẽdẽtibus.

¶ Pelliculę uero aortę arterię/& uenę arterialis/sũt istis min⁹ durę/q̃a p ligamẽta aliq̃ nõ extẽdũt:& iõ disruptiõis timore carẽt.

Vena Arterialis.

¶ Alia uena ad pulmonẽ uadit/huius nomẽ ẽ uena nõ pulsans: siue quieta. Dicit etiã uena arterialis:& dicta ẽ uena/quia portat sanguinẽ ad pulmonẽ nutriẽdũ: & dicta est Arterialis quia duas possidet tunicas/ut sit fortis & cõpacta propter sanguinem biliosum & subtilem in ea manãtem:& ne rũpatur propter eius cõtinuũ motũ:in cuius orificio sunt tres pelliculę/siue ostiola / intra sinũ se integre claudentes:& extra se apiendo:exeũti sanguini cedẽtes:in dilatatione cordis claudũtur integre/ne sanguis ad pulmonem regurgitet:in cõstrictione uero aperiũtur:& hęrẽt parietibus uenę/nec alibi ut primę per ligamenta sunt unitę.

Ostiola C formia.

¶ Harũ substãtia est pãnicularis: Sua figura est similis uacuitati quę est in littera. C. ideo uocantur ostiola. C. formia. Habẽt etiã illam formã circularem quam habet unguis humanus/quę pelliculę cum sua parte circulari alligantur corpori uenę.

Aorta est Sexcupla ad venam.

¶ Sinister uero sinus aliis nobilior (quia ei primo famulãtur dexter & medius:et etiã pp cõtẽtũ spiritũ aliis p̃ualet) ĩ eius summo duas habet uenas:unã magnã chili p̃dicta nõ multo minorẽ:q̃ ẽ uelut stipes ad totũ corpus distributa/& hęc est pulsans:& bitunicalis/cuius spissitudo teste Erophilo/ẽ sexcupla ad uenã:& hęc dicit arteria aorta/& magna:cuius tunica interior durior est exteriori/q̃a obuiat p̃cussiõi & substãtię spiritus/cuius ĩtẽdit custodia.

¶ Ista ad totũ animalis corpus uitalem spiritum ducit: & illud in uita conseruat. Per istam.n.arteriam dicebat Gal. omnia mẽbra

pulmone excepto/inspirant & expirant/ne eorū uitalitas suffocetur:uenę autē/uelut repositoria cibi sunt/diastolari neq; systolari indigentes:& ideo eorum corpus/est subtile/porosum & lene. Pulmo autē īspirat & expirat propter motū cordis & pectoris.

Hęc Arteria seu Rami sui raro sunt sine chili sibi socia:& Aorta ascendēdo parū supra cor bipartit/una pars obliquatur inferius & descendit/quę in pectore & in imo uentre usq; ad pedes a se multas emittit fibras:& eorū mēbra uiuificat. Sub isto Ramo inferius obliquato/ascēdūt a sinistris nerui uocis/qui dicūtur reuersiui:& hic locus dicit flexor & girgilus/de quo alibi dicetur. Aorta descendens & ascendens. Flexor. Girgilus.

Alia ps ascēdēdo circa pulmōis ptē & glādulā timū/sūmū pectoris/brachia/collū & caput/ac eorū ptes uitalitat & spū replet.

Et semp illę Arterię/q̄ sunt alligatę uenis/p multos poros siue fibras paruas inuicem uniūtur seu coastomātur: & uena imbibit arteriā:& ecōtra arteria imbibit uenam:& a Vena in arteriā trāsit sanguis:qui ibidē spirituosat i necessitatibus:& ab arteria in uenā trāsit spiritus uitalis cōcoquēs sanguinem eius:& ipsum cōseruans in sua uirtute: Tunicę etiā earū nutriūtur & uiuificātur ab earū cōtēto:& hęc arteria supra cor ē minor q̄ ifra teste Gal.xvi. de util.c.xi.& facta ē talis qa a corde ifra sunt plures aialiū particulę q̄ supra ipsum:& tāto ē maior hęc arteria descēdens ascēdente p dorsum/quāto & multitudo iferiorū particularū excedit supiores/& in hoc cognoscit nō parua nature iustitia/uena chilis descēdēs debet etiā esse maior ascēdente propter eandē causam.



Arteria Aorta ē maior supra cor q̄ infra.





In huius pulsantis uenę orificio quod auritiū dicitur: sunt etiā tria ostiola.C.formia/eo tempore & eodē modo se aperientia & claudentia/quo aperitur & clauditur uena arterialis. Auritium. Ostiola. C. formia.


Alia est in isto uētriculo uena nō pulsans/sed qeta/arteria uenalis dicta:& dicta est arteria/quia portat & reportat spiritū siue aerem ad cor:& a corde ad pulmonē/a quo extra pectus mittit: & dicitur uena/quia simplicem tunicā possidet/in huius orificio sunt tantū duę pelliculę/seu ostiola:eisdē modis alligatę:& incōpletę:ac se aperiētes & claudentes in cordis dilatatione & cōstrictione quibus faciūt ostiola in orificio uenę chilis existētes. Hęc etiam arterialis uena/plus ad cor portat de aere q̄ extra ducat/quia ex sanguine & aere ab ipso introducto/spiritus generatur uitalis:qui per Aortam ad omnes aialis particulas transit. Arteria venalis.


¶ Et vttibi melius satisfacias.habes hic tres cordis figuras/in quibus potes cognoscere Venã chilis ꝛ Aortã Arteriã ꝛ alias cordis venas ꝛ aliqs alias ipsi⁹ partes.

¶ Habes in hac figura duas cordis formas:i quibus vides vẽtriculuz dextrũ/ in vna quaꝝ videtur vena chilis cordi vnita/i cuius orificio cũ ingreditur cor: sunt tria ostiola pellicularia alba aligata substãtiae cordis p certas fibras vt vides ꝛ hec ostiola non perfecte aperiũtur nec claudũtur vt supra patuit. In alia figura habes tria ostiola C formia q̃ etiã sũt in ventriculo dextro cordis ĩn orificio vene Arterialis: q̃ portat sanguinẽ pro nutritione pulmonis.










¶ Vides in h ac figura pa rtem ven/ triculi sinistri: in quo vides duo ostiola arteriae vena lis / q̃ integre nõ claudũtur vt supra patu it / ⁊ causa di/ cta est / in secũ da habes cor diminute ap/ tuz / in quo vi des. Auriculã dextrã ipsi ser uientem / ⁊ vi des qualiter vena chilis cordi vnitur / vides ⁊ ra / mos aliquos notabiles ve/ ne nutrientis cor q̃ per exte rius substãtiã ipsius ingredi tur.

¶ Habes in hac pagina cordis figurā/ in qua vides i sinistro ventriculo tria ostiola C formia q̄ claudunt integre tempore debito orificiū Aortae Arteriae/ ⁊ ecōtra aperiuntur in cordis constrictione/ vides etiam Aortā ascendentē/ ⁊ vides qualiter bifurcaſ: ⁊ vnus ramus ipsius descendit/ sub cuius reflexione nervus reversitu? sinistri lateris supra flectitur tā q̄ꝫ corda super rota: ⁊ hic locus appellatur Sirgilus: Uides etiam in hac figura Auriculā sinistram ipsius cordis..



¶ Ex pdictis/cordis figura colligātia & cōplexio ac eius iuuamē/ta patent. Sua quātitas est cōspicabilis: Numero est unū: licet iā sit repertum cor simii habere duo capita prodigiose tñ: fertur etiā in paphlagonia bina perdicibus corda esse. Et potest accidere omne genus morbi: illos tamen non patitur si diu durant.

¶ De Pulmone.

Ipso corde occurrit pulmo/flabellū/& uentilabrū/latine dictus/& grçce pneumon. Hic.n.est spirandi artifex/& aeris officina: unde alitur anima sicuti cibis corpus/hic circa cor/pectoris cōcauū replet quinq; suis penulis/siue lobis: quarū duç sunt a sinistris: & tres a dextris magis: ex istis tribus: una est aliis minor/dorso hçrens quasi i medio q̄ paruas habet fistulas: sed nullum fere motum: & hçc est culcitra ascendenti chili: & iuxta istam penulam uersus superius est etiam certa adenosa caro: quç est simul cū prçdicto lobo culcitra seu stragulū prçdictç uenç: & hçc caro est notabilis magnitudinis & ab auctoribus uocatur Morum & Timū: et a uulgaribus nominatur Animella et lacticiniū: et est in cibariis usitatis saporosi gustus/maxime illa quç reperitur in Vitulis et hedis lactantibus. Pulmo. Flabellum. Uentilabrū. Pneumon. Lobus. Penulae. Culcitra. Stragulum. Morum. Timum. Animella. Lacticiniū.

¶ Pulmonis substantia/mixta est ex carne rara/leui/leni et rubea ad albedinem declinans/similis sanguinis coagulatç spumç: et ex tribus uasis seu fistulis: p oēs eius partes irretitis: eodē modo quo in hepate sunt rami uenç chilis & portç: hçc cōpositio/est fauo mellis et etiā spōgiç similis: ideo est sanguinis et aeris capax. Est.n.pulmo ceu quoddā prōptuariū aeris ad cor/ambobus motibus/dilatatiōis uidelicet et cōstrictiōis famulari aptus.

¶ Sua quidē caro rara est: ut in eo cōtinue multus sit sanguis et aer. Multitudinē sanguinis indicāt duo uasa/in ipso/illū cōtinentia/q̄ in pulmone sunt maiora q̄ in alio mēbro sibi pari/corde ac hepate exceptis/in quibus uasa sanguinem continentia/maiora sunt/nō pp se qdē: sed quia oibus mēbris spm̄ et sang. tribuūt.

¶ Hic sanguis in pulmone est multus/qa pp motū cōtinuū resoluit̄ ex eo abūdās copia/cui multitudo resistit cōtinue: et ē subtilis: ut cito ad oēs pulmonis penetret ptes ad eū nutriendū. Et etiā subtilis/ut leuis sit/ne grauitate ipediat pulmonis motū.

¶ Multitudinem etiam aeris in ipso semper esse indicat animalis longa in aqua absq; suffocatione submersio: et longç ac continuç

uocis et flaminis emissio/ab acceptiõe noui aeris impediens/aut cum quis eũ abhorret propter fœtorẽ uel alias causas. Hic tamẽ aer in submersiõibus et in fœtoribus prędictis cõseruatur in ore et in faucibus:adiuuãtibus Tonsillis cum suis pelliculis.

¶ Huius aeris cõtinue attracti iuuamentum est ut ab eo prius al terato cor refrigeretur et cõtemperetur in necessitatibus: et etiã ut euentetur cor ne suffocetur:eius etiam utilitas est ut ex ipsius nõ modica parte generẽtur spiritus pro esse et bene esse necessa rii:et iuuamentum expulsionis aeris attracti superfluentis calidi et fumosi/est ad introitũ aeris minus calidi/in pulmone prius et in mẽbris per quę meat alterati.

¶ Hic fumosus aer tãq̃ superfluitas spiritus adusta per pulsantem uenam in tracheę ramis pellitur in cordis constrictione: et hinc postea adiuuante pulmonis systolatiuo motu/per tracheam et per nares et os exit ab animali.

¶ Aer uero ingrediens ad cor alterationis habet initium/in na/ribus:in ore· in faucibus:in trachea & ĩ Ramis ipsius:dispersis in pulmone pari ordine quo nutriens ex cibo & potu habet in ore in gula & uentriculo/ac hepate.



¶ Pulmonis .n. in aere alteratio cõparatur hepatis alterationi in chilo/ab hepate.n.ex chilo fit sanguis:qui integrã in corde cõco ctionem suscipit/a pulmone uero pręparatur ex aere spiritus/qui uere in corde uitalis fit/hic supiora petens/in mirabili rete seu in minimis arteriarũ ramusculis iuxta cerebrum iterum alteratur: inde cerebri intrans uentres integre uere animalis spiritus effici/tur/qui lucidus/leuis & purus/est spiritus.

¶ Caro etiã pulmonis leuis est/ne ipsius motũ impediat: est etiã lenis:ut eius uasa a ruptura tueatur:& est rubea clara/ad album declinans/propter aeris dominiũ super illud:quo nutritur:& etiã propter eius frigiditatem.

¶ Hanc pulmonis substantiam uelat pãniculus rarus ex pluri/bus mẽbranis a suis fistulis/& a pãniculis pectoris enascentibus: quo mediate sentit.

¶ Pulmonis fistulę sunt tres/una ipsarũ/sicut & alię/semper mi/nuendo/ad oẽs eius partes usq; ad inuoluẽtem pãniculũ inclusi ue/a farynga seu epiglottide p partẽ anteriorẽ colli gulę unita de scendit/hęc est dura:& semper aperta:ac etiã aliis maior:& est ex

pluribus carthilaginibus cõposita/quarum qlibet una est iuxta aliã per pãnicularia ligaméta unita:& hęc uocatur trachea:& aspera arteria:& laringa:& brõchiũ/suę carthilagines in pulmone integrę sunt:& etiã ãnulares:in collo uero sunt incompletę:&.C.formes:A sua magnitudine & figura/iudicat̃ ĩ earũ screatu an ulcera sint in pulmonis partibus extremis/uel mediis/uel in collo.

Trachea.
Aspa arteria.
Laringa.
Brõchiũ.

¶ Inter has carthilagies:& ĩ tota trachea ĩtra & extra ẽ pãniculus medię substãtię pfecte circularis:faucib⁹ & ori alligat⁹:ĩ quo sũt uilli/tracheã elõgãtes & abbreuiãtes/ĩ pulmõis & ipsius tracheę (motibus.

¶ Huius pãniculi iuuamẽtũ ẽ etiã has carthilagines tueri ab extraneorum ingressu:& egressu:est etiã uocis lenitiuus.

¶ Hęc fistula nõ sanguinẽ: ut alię:sed solũ aerem ducit/per hanc etiam solam extranea in pectore contenta expurgãtur:ingressa ipsam tempore dilatationis pulmonis per pãniculũ Rarũ ipsum inuoluentem.Ideo fit ad os/& extra saniei ac aliorum extraneorum:non molestato corde expulsio.

¶ Hęc fistula etiã inter alias situm medium possidet: A dextris eius est uena quieta/a sinistris uero uena pulsans.Pulsans tamen in anteriora extra Cor immediate pulmonis substãtiam ingreditur/ne propter eius motum(quia subtilis est)soluatur:Non pulsans uero uena/quia bitunicalis est & ualida/nõ immediate pulmonem ingreditur/sed circũdans prius tracheam in posteriora tendens pulmonem etiam intrat.

¶ In hoc solo uiscere non sine causa pulsans uena cum non pulsante substãtiã & cõtentũ cõmutauit.Nõ pulsans.n.uena arterialis dicta:in aliis mẽbris simplex/ĩ pulmone bitunicalis est.primo ne rũpatur/pp eius cõtinuũ motum/secũdo ut etiã sanguinem subtilem cõtineat/pulmonis carnem & etiã tracheã cibantem.

¶ Pulsans uero uena arteria uenalis dicta.simplicis est tunicę/in motu agilis/ut breui spacio dilatationi & cõstrictioni seruiat/hęc aerẽ ad cor ducit & educit/in ista ẽ etiã spirituosus sanguis: ut aliquibus placet/etiã pulmonẽ nutriẽs/magis tñ eũ uitalitãs:sui rami uniũtur/seu coastomãtur cũ ramis tracheę:p quos pulmo cordi aerẽ dat/cor uero nõ ingratũ uitã ei & nutritionẽ donat.

¶ Huius uenę rami adeo angusti sunt:ut per eos nõ penetret ad tracheã sanguis: Et ideo aeri sunt peruii/& sanguini inuii/qui si notabiliter aperiãtur/ab eis ad tracheam fluit sanguis:& forte:ut

aliquibus placet/ a ramis nō pulsantis uenę/etiā in tracheā fluit sanguis/quo fit sanguinis sputum / absq; pectoris uenarum solu/tione: Vena tamen pulsans ad hoc magis apta est.

¶ Vnūquodq; prędictorū uasorū / in primo pulmonis ingressu in quinq; diuiditur ramos per omnes eius partes semper minuēdo: & ramos multiplicādo:duo sunt ī sinistris:& tres a dextris/quorū minor cęteris/ad paruū lobum/ in dextro magis dorso hęrētem uadit/qui ut supra diximus/stragulū est ascendēti chili.

¶ Pulmōis figura ē bubalinę ungui similis:Numero aliq putant q̄ sint duo membra ī unum unita:taliter q̄ apparet unus pulmo cum quinq; lobis:similes ī duas diuisus partes:ut lesa una:altera firma maneat:ī posteriori longior est q̄ ante/septi trāsuersi sequēs situm:Numero est unus/ipsius quātitas/situs: & colligantia pa/tent:Sua complexio ē calida/ex parte sui contenti & loci:accidē taliter tamen propter flegmata in eo existentia ponit̄ frigida:sua iuuamenta sunt pręparatorie & latorie seruire cordi:seruit etiam anhelitui & uoci/pariter & loquele:& suus paruus lobus famula/tur ascendenti chili. Passiones omnium modorum patitur.

¶ De Anatomia aliquarū partiū colli & uenarū pulsantiū & quietarū ab hepate et a corde ascendētiū usq; ad caput & manus inclusiue.

u Isis p̄dictis in partiali sectione primo occurreret trachea & epiglottis & etiā gula. Hęc tamē de p̄senti nō possunt bene uideri nisi prępona̅t aliquarū colli et faciei partium anatomia:quibus uisis de prędictis fiet sermo. Expedito igit̄ pul mone:ipsius aliquā supremā partē carneam pro uidēdo troncho trachęę arterię reliquū deponendo serua / excepto quinto ipsius lobo/qui dorso hęret. Serua etiā certā glādulā sibi propinquam: q̄ morū et timū uoca̅t: ut super his uideatur situs chilis et arterię ascēdentis:q̄bus hęc duo mēbra sunt stragulū. Cor etiā: et ipsius capsulā/ac pāniculū mediastinū : et uentriculū simul ac septuū trāsuersum seruabis in locis suis propter alia de eis inuestiganda.

¶ Istis seruatis melioris ordinis gratia primo de collo sermonem aggredior : et dico collum esse mēbrū organicū nobile et ualde necessariū homini pp̄ mēbra in eo ꝯtēta/quod teste Aristo.3.de

Collū quid & propter quid.

partibus cap.3.est factũ pp tracheã pulmoni seruiẽtẽ & pp gulã.
¶ Sed Gal.9.de iuuam.cap.1.dicit ꝙ est principaliter pp pulmo/nẽ/quoniã carẽtia collo carent pulmone:ut pisces/subdit tamen ꝙ collũ est uia illoꝝ mẽbroꝝ q̃ descẽdunt ex supiori ad inferius: & illoꝝ quę ascendunt ex inferiori ad superius:quę descẽdũt sunt nerui/gula/aliqui musculi & nuca: Ascẽdẽtia uero sunt uenę pulsantes et quietę:& nuca cõtinetur a sphondylis:ut sit tutta a nocumẽtis extrinsecis:& illud uacuũ quod est iter partes uenarũ & arteriarũ implet̃ p glãdulas ibidẽ existẽtes:& oĩa ista custodiũtur a cooptoriis et ligamẽtis:deinde oĩa tegũtur cute:& illud quod cõponitur ex oibus istis est collũ/quod ẽ positũ propter cãnam pulmonis/per quã fit uox & anhelitus/collũ etiã ĩ aliquibus animalibus est loco manus/quia capiunt cibum ex terra adiuuãte collo propter longitudinẽ suorũ pedũ. Huiusmodi uero collum principaliter nõ est nisi propter cãnam pulmonis:& ipso mediãte ad brachia & ad palmas & ad diaphragma & ad alia membra duce nuca tendunt nerui/& ideo propter originem neruorũ fuerũt positi sphõdyli inter pectus & caput/ex q̃bus cõponit̃ collũ: hęc Gal.qui tamen nõ dicit an trachea ascẽdat uel descendat: & quãuis dicat gulã descẽdere forte quod etiã ipsa ascẽdit/nec suus descẽsus põt probari magis quã ascẽsus:neq̃ trachea:quia manifestũ nõ habẽt ortũ/sicut uenę:& arterię:& sicut nerui.

¶ Dicamus igitur collũ de presenti summi pro illa parte/super qua substinetur & uertitur caput/q̃ seruit uẽtri supmo/medio:& etiam inferiori mediãtibus neruis a cerebro & a nuca descẽdentibus:cuius situs est ante a furculis supioribus pectoris:& posterius a supremo sphõdyli costarũ:& a lateribus ab humeris supra usq̃ ad os capitis:basilare dictum:& cõmuniter pars ipsius posterior ceruix dicitur:de qua alibi fiet sermo. Anterior uero uocatur collum:& ab aliquibus Guttur: & quia hoc mẽbrũ est principaliter propter tracheã/ipsa erit nobilior harũ partiũ:propter cuius nobilitatẽ anatomia colli est secũ ponẽda:& quia tracha ẽ pars pulmonis:q est de principalioribus partibus uẽtris medii antedicti: Ideo anatomia colli de p̃senti uenit cũ anatomiã uẽtris medii. Trachea.

¶ Hęc pars trachea noiata a multis dicit̃ Guttur/& farynga:licet farynge/secũdũ aliquos sint uenę quę ĩtumescũt in magnis uocibus:& istę uenę a Celso granges & fragitides dicũtur:& ab aliqui Guttur. Farynga. Granges. Fragitides.

Sfragitides. Guidez. Apoplectice. Somni. Pensiles. Spermatice. Iuueniles. Iugulares. Organice. Fagotides. Carotides.

bus sfragitides:et istę uenę apud arabes uocātur guidez: et apo pleticę et somni:et ab aliquibus pēsiles/et spesmaticę/et iuueni/ les/et iugulares/et organicę:et a Gal. in libris de utilitate partiū uocātur fagotides qa sunt iusta uiā cibi:et ab aliqbus carotides si ue somni. Celsus tū solas arterias ibidē existētes uocat carotidas a caros dictę/ꝙ ē somnus/qa ut plurimū secūdū aliquos/ī ramis istarū arteriarū fit oppilatio causans somnū et etiā apoplexiā.

¶ Et istarū uenarū / utrinq; est una imediate sub cute/quę cō/ muniter dicitur guidez manifesta:utrinq; etiā infra aliquos mu/ sculos notabiles colli:est una uena quę dicitur guidez occulta et profunda:quę arterię carotidę est socia.

¶ Istis arteriis et uenis profundis utrinq; associatur unus neruus notabilis magnitudinis/qui dicitur descēdens / a quibus utrinq; oriūtur reuersiui/de quibus omnibus parum infra fiet sermo.

Iugulum. Gula. Clauis. Clidas. Clidia.

¶ Pars etiā anterior colli ab aliquibus dicit iugulū:et ab aliqui/ bus gula/ licet male/quia gula est uia ciborū et potuū:et iugulū est ea pars/quę est imediate supra furculas supiores pectoris: Ali qui tū uocāt furculas pdictas iugulū/et clauē/et clidas/et clidia: harū furcularum extremitas uersus spatulas dicitur Epomis:alte ra uero pars uersus medium pectoris uocatur parassagis.

¶ Notatis prędictis/ occurreret post cutem anatomia musculoꝝ mouentiū collū & caput/sed nō possumus ipsoꝝ habere inuesti/ gationē integrā/nisi destruat istoꝝ neruoꝝ uenaꝝ ac prędictarū arteriaꝝ anatomia. Ideo super his ponat silentiū:remittēdo legē tes ad Gal. ad Auic. & ad alios auctores. Hi.n.musculi sūt multi numero & diuersimode locati:& ideo essent cum diligētia uiden di :ad inuestigationē quo ꝝ ipsis solis esset uacandū:quia cū diffi/ cultate anatomizārur: & pp hoc Gal. xii. de util. partiū. c. viii. ubi loquit de istis musculis/ dicebat. Pręexercitari cōgruit diligēter eū/qui studet certitudinaliter assequi ea quę hic dicūtur. Dicit ēt ibidē/ꝙ solus sermo nō sufficit ī anatomia/sed requirit tactus & uisus. Et ideo ad pdictos auctores fit refugiū/quia soli collo & ca piti esset uacādū/in quibus sunt musculi multi/tam circa sphon/ dylos quā alibi/qui in cōmuni anatomia uideri nō possunt.



¶ Capiti.n.mediante collo cū suis ossibus & musculis sunt multi motus / quoꝝ aliqui teste Auic. prima primi sunt proprii capiti: & aliqui cōes ipsi & quinq; sphondylis colli / per quos est motus

cõpositus ex declinatione capitis & colli simul / & isti motus aut curuāt anterius/aut posterius/aut a dextris/aut a sinistris: & iter ipos est motus cõuersionis seu circũductionis: & isti musculi sunt multi / quoniam multiformis est eorum positio: & magni quia magnos & fere continuos habent motus: & ideo Gal. ubi supra dicebat ipsos undiq; circũdare caput/quod mouent ad quácũq; partem uolueris illud declinare: De numero ipsorum est discor/dia inter Auic. & aliquos sibi socios contrariantes.

❡ Relicta igitur ipsorũ partiali inuestigatione/cutem a lateribus colli scinde/denudando laterales & anteriores musculos/supra quos imediate sub cute notabis uenā guidez manifestā: quā ser uasti illesam/seca deinde illos musculos magnos ab auribus de/scendentes oblique usq; ad furculas superiores uersus mediũ pe/ctoris/sub quibus utrinq; est una glādula interdũ maior uni q̃ al teri: ad formā quasi amigdalę: quę est replens loca uacua ibidem inter uenas & artarias iuxta inferiorē partem epiglottidis existē/tia. Et ideo ęquatrix partiũ colli dicitur: quas etiā humecrat in ne cessitatibus: Notabis etiā sub istis glādulis utrinq; unam uenam guidez notabilē: & pariter unā arteriā sibi sociā/quę dicũtur oc/cultę/& apopleticę/quarũ noīa multa superius dicta sunt.

❡ Iuxta prędictas arterias & uenas notabis etiā utrinq; unũ ner/uũ/pluribus uillis cõpositũ: hi nerui uocanť descēdētes: & ab his oriũtur nerui reuersiui/de qbus infra fiet inuestigatio pulchra. Nerui descen dentes.

❡ Istos neruos/& ramos arterię pdictę: & utrāq; uenā; occultā. s. & manifestam / serua usq; quo uidisti uenas & arterias a corde & ab hepate ascēdentes usq; ad istũ locũ: ad quas uidendas opator circa regionē gibbi hepatis iterum reuertatur: & ibidem notabit magnum truncum uenę chilis ascendentis/quę in suo ascēsu pri mo perforat septũ transuersum: & ibidem utrinq; plures emittit uenulas/quarũ duę/septũ trāsuersum cibant/alię uero/costas in feriores: & membra sibi uicina nutriunt. De venis & arterijs ascen/dentibus.

❡ Eius uero pergrandis ramus ascendens usq; ad cor unde quaq; solutus/sine arteria sibi socia tendit: & per istum ramum: hepatis gibba pars euentatur: & forte uiuificatur.

❡ Hic ramus tripartiť/unus quorũ aliis satis minor / circa cordis radices igrediť: & p substātiā ipsius disseminať: & ipsam nutrit. Vena nutriēs Cor.

Diuiſio vena i Cor.

¶ Alter aliis maior/domicilio cordis dextro unitur & ei copioſiſſime ſanguinem affert.

Uena Arterialis.

¶ Ab iſto ramo ſecundum aliquos illa uena/ quę pulmonem nutrit dicta arterialis trahit ortum: de his tamen uenis aliqua diximus in cordis ſectione.

Morum. Timum.

¶ Tertius ramus ex prędictis/q etiā inſignis eſt/acordis regione etiā ſupra aſcendit / ſub quo eſt certa caro glādoſa dicta morū & timū:& hęc ſimul cū quinto pulmonis lobo:qui dorſo hęret ut ſupra diximus eſt culcitra prędicto ramo aſcēdenti uſq ad ſupmā pectoris furculā/ubi in duos hęc uena partit ramos:a dextris & a ſiniſtris trāſuerſe uerſus ſpatulas tendentes.Iſto etiam modo magna arteria dicta Aorta aſcēdens/ tendit trāſuerſaliter uerſus ſpatulas : & ut melius uideas iſtas uenas & arterias depone furculas ſuperiores:Caute tamen ne membra ſibi uicina ſoluas.

¶ Iſtis expeditis/pdictas uenas & arterias uidere debes:notando primo:q harū qlibet in duos ptit ramos/ unus quorū tā uenę q̄ arterię utriq p collū uerſus caput aſcēdit / a quibus oriuntur oēs uenę colli guidez dictę:quas ſeruabis poſtea melius uidendas.

¶ Alter Ramus etiā utrinq in quinq diuidit partes / unus eorū nutrit ſupiores coſtas:&unus ſpatulaꝝ locū:& un⁹ muſculos ſub merſos colli/& unus penetrat in ſphondylis colli ſupioribus/& inde ad caput trāſit:& iſtos ꝯcomitātur rami pulſantis uenę.

¶ Alter ramus oībus pdictis quinq maior ad aſcellā tēdit: & hic in quatuor partit ramos:eoꝝ unus in muſculis ſupra pectus locatis qui ſpatulas mouent ſpargit / & unus ingredit in carne laxa : & i certis pāniculis aſcellaꝝ/& unus trāſit a ſupmo pectoris circa mamillas deſcendēdo uerſus abdomen:& hic ſecūdū aliquos nutrit ipſas:& pro pte eis portat materiā lactis:& hic i abdomine copulat(ut alibi diximus) cum uena aſcēdente ab inguinibus & a matrice ad mamillas & de iſto ramo Gal. xiiii.de util.c.viii.loqt : dicēs q a thorace tēdūt uenę ad hypochondria & ad totū epigaſtrū & copulātur uēnis/quę ab iferioribus ferūtur ad matricē colligātiā habētes:ut qñ in matricibus auget aīal : illi irrigent nutrimētū quo nato rurſus mamillas iflant / qua propter nō ꝯtingit mēſtrua fieri bene & lactare ſimul.

Uene nutrientes mamillas & portantes materiā lactis



¶ Alter uero ramus predictis maior in tres utrinq partit ramos: unus tēdit ad muſculos qui ſunt in ſpatulis:& unus ad muſculos

ascellarum: alter uero p̄dictis maior tēdit p partē domesticā uersus adiutoriū: & hinc ad paruā manū uadit/ hic ramus uocat ascellaris/ & basilica/ q phlebotomatus ī pectoris morbis cōfert pp suā colligātiā propinq̄ ad ueras costas & ad totū pectus: hęc etiā uena dicit a uulgarib⁹: uena hepatis/ qa ē ipsi ꝓpinqor q̄ cephalica. Ascelaris. Basilica. Uena hepatis.

¶ Ex primis uero ramis/ quos dixi te seruare/ a qbus siūt guidez: utrinq unus ascēdit: & anteq̄ multū ascendāt/ in duas utrinq diuidūtur ptes: una earum uocat guidez manifesta: qa est prope cutim uideri apta de facili/ q̄ i uiuo itumescit i forti uoce/ altera uero qa ē īfra aliquos musculos/ uocat guidez ꝓfunda & submersa. Guidez manifesta & occulta.

¶ Et guidez quidem manifesta illico cū supra furculā ascendit: utrinq diuidit in duas partes/ quarum una ascendit/ alia uero circa furculā inuoluit/ a qua plurimi rami enascūtur/ ptes sibi uicinas nutrientes/ & istorum ramorum aliqui iterū ascendūt: & cū p̄dicto primo ramo guidez manifeste iterū uniūtur/ sed anteq̄ uniāt: unus ramus notabilis ab spatulā tendit: & per exterius sub cute adiutorii/ usq ad paruā manū terminat: & hęc spatularis/ humeralis: & cephalica uocatur/ quia a capite ducit propter colligantiā proximam/ quam habet cū sua guidez/ quę caput nutrit: de ista tamē uena cephalica: & etiā de basilica: & de arteria sibi socia/ dicetur latius in anatomia particulari magnę & parue manus. Spatularis. Humeralis. Cephalica.

¶ Et guidez manifesta p̄dicta utrinq notabilis est imediate sub cute/ supra musculos colli/ q̄ cū suis ramis nutrit mādibulā supiorē: & īferiorē: & līguā/ & caput p exterius circa aures ascēdēdo. Juuamenta guidez manifestae.

¶ Et aliqui uolūt ꝙ isti rami guidez manifestę q sunt circa aures nominentur uenę spermaticę/ quia dicūt ab ipsis uenire sperma a cerebro/ & isti sunt moti a dictis Hipp. i libello de aere & aqua: qui dicebat: quibuscūq uenę post auriculas scidūt: ipi ultra prorsus ab omni generatiōe orbātur/ sunt tamen aliqui/ qui putāt tales uenas eē ex ramis guidez ꝓfundę/ q nutriūt musculos inter primū & secundū sphondylū colli existentes/ & aliqui/ qui dicūt Hipp. itelligere p uenas/ ipsas arterias/ quia sunt magis aptę ad bonū spma q̄ uenę/ ibidē tñ Hip. dicit spma etiā uenire a toto: & Auic. xx. tertii cap. iii. dicit quod Gal. nesciuit an incisio harū uenarū faciat i currere sterilitatē an nō: dicit tñ mihi uero uidetur ꝙ nō opportet ut sit spma ex cerebro solo/ quāuis eius fomētū sit ex cerebro/ p bonā tñ anatomiā uasorum spmaticorum elicit qd harū Nota de venis spmaticis ab Hippo.



uenarũ post aures incisio nõ facit steriles pp spma per ipas descẽdens: possunt tñ istę uenę icisę debilitare cerebrũ taliter φ debite nõ trãsmittat spiritũ animalẽ pro cõceptione: & hoc magis possunt facere guidez profundę q̃ manifestę / & Arterię magis hoc possunt q̃ uenę / qa sunt spiritus afferẽtes / utrũq; tñ est possibile.

Iuvamenta Guidez profundae.

¶ Guidez uero profunda utrinq; iuxta meri siue gulã ascendit infra musculos prędictos / quos secasti: & in suo ascẽsu emittit ramos Gulam & musculos faryngę nutriẽtes. Nutriũt etiã musculos existẽtes inter primũ & secũdum sphõdylũ colli: a qbus oriũtur secundũ aliquos uenę spmaticę ab Hipp. recitatę / q̃ sunt post aures / de qbus adhuc sub iudice lis est. Nutriũt etiã pcraneũ: p ipm ascendẽdo ab imo usq; ad summũ capitis: & ibi pforãdo craneũ / descẽdũt i durã & piã matrẽ. eis portãdo aliqd nutrimẽtũ.

¶ Ex pdicta etiã uena profunda orit ramus unus utrinq; os basilare pforans in directo comissurę lambdę: & substentatus a dura matre ascendit usq; ad capitis sũmũ: & ab isto ibidẽ multi exeunt rami per poros cranei: qui etiã nutriũt pcraneũ / ex pdictis tamẽ ramis ascẽdentibus intra craneũ cum dura matre maior pars trãsit in piã matrẽ: Cũ quibus etiã trãseũt aliqui rami guidez manifestę pdictę a sumitate capitis ab extra ad intra craneũ penetrantes: & ab hinc trãseunt in substantiã cerebri & ipsam nutriunt.

¶ Ex pdictis etiam ramis aliqui in directo cõmissurę sagittalis & lambdę igrediũtur durã matrẽ ibidẽ duplicatã: & hic locus ẽ tãq̃ torcular / a quo ex pdictis uenis exprimit sanguis in certũ locum amplũ ibi prope uersus exterius existẽtẽ: qui platea: fouea: palmẽtum & lacuna dicit / circa quã plateã: sunt certę uenę sanguinem in ipsam expressum sugentes / q̃ cerebri centrũ ex eodẽ nutriũt: & istę uenę oẽs itra craneũ simul cum arteriis sunt illę: ex quibus fit rete dictum secũdinũ: quod aliter uocatur pia mater.

Torcular. Platea. Fouea. Palmentus. Lacuna.

¶ Arterię uero pdictę carotides nũcupatę in collo existẽtes prope uenas guidez pfundas & neruos descẽdẽtes: utrinq; a lateribus colli ascendendo / cũ aliqbus ramis ante & etiã retro dispersę tendũt: & ad linguã / & ad mãdibulas supiores & iferiores: et in tota fecie: et in occipitio: et aliquę notabiles circa aures in tẽporibus: cũ suis ramis ad cacumen capitis tẽdũt: et aliquę etiã ad musculos tendẽtes circa iuncturã cõmunẽ collo et capiti disseminantur / ubi est magnũ foramen / a quo exit spinalis medulla: ab istis

Arteriae carotides & suus ascensus.

forte ramis Hipp. dicebat spmã descẽdere a cerebro/qa antiqui uocabãt etiam arterias uenas:et ideo dicebat Auic.xx.tertii:has uenas cõtinuari nuchę:ut nõ elõgẽtur a cerebro:in qbus est san/guis leuis lacteus/q primo uadit ad renes:deide postea ad uenas ad testiculos tendẽtes:et harũ arteriarum unus notabilis ramus utrinq; pforat os basilare uersus anterius/et unitur pię matri ui/talitando cerebrum:et portando spiritum ad uentriculos ipsius.



De Rete mi/rabili.

❡ Ex isto ramo utrinq; ascenso immediate supra hoc os basilare secũdũ medicinę cardines fit rete mirabile:quod est secũdũ ipos notabilis magnitudinis.s.quod est ante/retro:et a lateribus.

❡ Et predictę uenę Cerebrũ nutrientes in suo ascẽsu debent su/stentari ab aliquo corpore solido/sicut est picraneũ/et dura ma/ter/quia per se nõ possent ascẽdere/pp ipsaꝶ simplicẽ et mollem tunicã:et sanguis in eis est magis aptus descẽdere q̃ ascẽdere/qa grauis est. Arterię uero nõ appodiant alicui corpori solido/sed p se stãtes ascẽdũt ad intra craneũ/qa bitunicales sunt et durę.

❡ Et nõ fuit necesse eas ascẽdere:et postea uertere sua capita inse/rius sicut uenę/qa suus sanguis leuis est:et ascẽsui aptus magis q̃ (descẽsui.

❡ Istaꝶ tñ uenaꝶ et etiã arteriaꝶ aliquaꝶ ramos me/lius uidebis in Anatomia mẽbrorum subsequentium.

❡ Venarũ substãtia & arteriarũ alibi dicta est. Sua cõplexio ex earũ cõpositione iudicatur/figura sua ẽ nota:colligãtur toti cor/pori:sua magnitudo ẽ etiã nota/sunt maiores i uno corpore q̃ in alio. Situs tñ multaꝶ eaꝶ sępe uariat:et ideo ut alibi diximus au thores de ipsis uidẽt discordes:Numero sũt ĩpceptibiles:qa mul tę eaꝶ occultę sunt:Sua iuuamẽta sunt cibare oĩa mẽbra. passiões ẽt omniũ modoꝶ patiũt. Sępe tñ ĩpis accidit coartatoria oppila/tio a plectoria rectius plethora sang.cãta/q̃ si fiat i ramis uenarũ guidez:semp seqt somni pfũditas:apoplexia:et suffocatio extre/(ma.



Iuuamenta phlebotomie Guidez.

❡ Ista uena guidez ĩterdũ phlebotomat:Raro tñ i regio/ne et ętate nostra/sua incisio cõfert leprę nõ cõfirmate:et in forti squinãtia/in acuto asmate:in cõstrictiõe anhelitus:in raucedine uocis ex supabũdãti sang.i pulmonis apostemate euacuatiõis et diuersiõis gratia pro antecedẽte cã in pricipio et augumẽto:hęc tñ icisio uenaꝶ guidez est fiẽda a docta manu/cũ phlebotomo habẽte aliqd obstaculũ ppe cuspidẽ/ne pfundẽt oĩa latera uenę: qa hę uenę sũt labẽtes i tactu eaꝶ/qa nõ sunt ãnexę carni sicut

alię multę:tũ ẽt pp glãdulas molles & lubricas sub eis existentes: tũ ẽt ne phlebotomus pũgat neruũ uel alia mẽbra ibidẽ locata.

Modus phlebotomandi guidez.

¶ Modus aũt phlebotomãdi has uenas talis est.s.patiẽtis primo stringať uẽter iferior ĩter ilia & hypochondria cũ zona decẽter stringẽte:teneat etiã os suũ clausum in expellẽdo aerẽ a pectore: deinde patiẽs declinet caput ad partẽ cõtrariã ptis phlebotomãdę/quia sic faciẽdo ĩtumescit uena:ut corda extẽsa:& cũ ĩstrumẽ/to apto tenẽdo uenã firmã cũ manu uel alio ingenio debet pforari uena in loco eminẽtiori:Authores laudãt sectionẽ talẽ fieri debere secũdũ latũ:ego tñ facerẽ secũdũ obliquũ/& q̃titas san/guinis non sit supflua/neq; fiat secũdatio:Et opator habeat secũ pulueres sanguinis cõstrictiuos/sicut bolũ armeuũ:sanguinẽ draconis:pilos leporis/mumiã/alias pissasphalthos: nõ carnẽ humanã sicã qua utũtur moderniores/cortices thuris/aloes & similia: & intet omnia habeat uitreolũ seu colcotar/fuligo etiam lauda/tur & fabę cõbustę & charta/et coria cõbusta & his similia/super posito semper oui albumine bene cõtuso/ & sup oĩa decenti ligatura: & patiente iacente capite eleuato/per octo dies cum leui somno & decenti dieta/pro ut uidebiť Medico legitimo.



¶ De Anatomia Neruoꝝ descẽdẽtiũ & reuersiuoꝝ.

e Xpedita anatomia uenarũ ascendẽtiũ ab hepate supra: in qua etiã multa dicta sunt de arteriis ascendẽtibus: ad neruos descendẽtes a quibus oriũtur reuersiui redeo:& dico/ꝙ in partibus lateralibus colli parũ sub auribus/inter seu sub aliquibus musculis:sunt uenę & arterię notabiles: ut supra patuit/quibus utrinq; hęret unus notabilis neruus descendens uocatus. Hos neruos antiqui uocabãt apopleticos & male/qa nõ cognoscebãt ipsoꝝ opationes :teste Gal.in libro de uoce & anhelitu:& hi nerui a sexto pari neruoꝝ cerebri principaliter & etiam a tertio oriũtur:&descendunt perpendiculariter/quia taliter debent mouere membra.

Nerui apoplectici licet male.

Nerui descendentes.

¶ Hi nerui sunt cõpositi ex multis ramis/ quorũ aliqui teste Gal. descẽdendo disseminãtur ad cor/ad eius capsulã/ad mediastinũ: & etiã ad pectus in radicibus costarũ:& quidã satis notabiles, ad os uẽtriculi:& ad diaphragma.& aliqui minores ad hepar/ad splenẽ/ad renes:& ad alia mẽbra sensibilia uentriũ inferiorũ/ad quę etiã uadunt aliqui nerui oblique descendentes a nucha & ab istis

neruis descendẽtibus aliqui notabiles rami superius iterũ refle/ctũtur/qui Reuersiui & Retro redeũtes uocãtur/qui cõiter dñr nerui uocis: & tendunt uersus epiglottim se alligãdo certis mu/sculis ipsius/quorũ capita sunt ad inferiora corporis sita. Nerui reuersi ui sunt vocis.

℄ De pdictis etiã neruis descẽdentibus: exceptis istis reuersiuis: aliqui rami descendẽdo uadũt etiã ad aliquos epiglottis muscu/los:quoꝝ capita sunt uersus supius uersa:& reuersiui ut aliquibus placet cũ suis musculis claudũt carthilaginẽ cymbalarẽ & Glotti dã:sed musculi neruorũ descendentiũ mouẽt alias carthilagines & etiã cymbalarẽ apiunt. A septimo etiã pari & a nuca ueniunt nerui ad musculos epiglottis:teste Gal.qui oblique eã mouent. Cymbalaris. Glottida. A septimo pari veniũt nerui ad epi/glotim.

℄ Isti nerui sunt duo/unus dexter/alter sinister/sunt tamẽ ĩ plu/res uillos seu ramos diuisi:ut patet pp mẽbra multa.ad q̃ uadũt. Sua quãtitas & color patet/ sua complexio & substãtia est qualis alioꝝ neruoꝝ. Reuersiui tamẽ sunt sicciores & duriores/qa hñt sufferre notabiles & quasi cõtinuos motus/maxime qñ claudũt epiglottim/ad quã clausurã requirit fortior motus q̃ ad aptionẽ eius/quia plures sunt musculi aptẽtes q̃ claudẽtes ipsam: motus etiã cordis/ pulmõis & pectoris aperit ipsam:& ideo ut tales ner ui sint fortes/ natura elõgauit eos a cerebro humido/a quo quã to plus distãt/tãto sunt sicciores: & transeũt prope cor circa arte riã/ubi forte pp ipsius calorẽ acquirũt siccitatẽ & duritiẽ: & sunt reflexi ad supius:ut trahendo inferius claudãt epyglottim/q qñ relaxãtur adiuuãtibus aliis multis musculis aperit epyglottis.



℄ Situs ipsoꝝ est a lateribus colli descẽdẽdo ad pdicta mẽbra: Sed nerui qui uocãtur Reuersiui/in parte sinistra ĩcipiũt reuerti ad superius/cũ obuiant magnę arterię Aortę in loco parũ supra cor/ubi primo talis Arteria bifurcat:& incipit reflecti per pectus ad mẽbra inferiora/circa quẽ magnũ ramũ descendentẽ fit mo/tus attractiõis & relaxationis taliũ neruorũ:& ista bifurcatio arte rię ẽ istis neruis sicut Rota/super qua cũ corda haurit aqua a pu teo:& hic locus tam a sinistris q̃ a dextris/circa quẽ mouẽtur seu cui inhęrent in suo motu tales nerui reuersiui/a Gale. uocatur Dyablũ/& Flexor. Vocat etiã ab aliquibus Girgilus & Bachã: & Gal.viii.de iuuam.cap.ii.assimilat istã neruorũ reuersionẽ illis: qui cũ equis in cãpo reuertũtur ad uiam a qua uenerũt prius: & dicit ꝙ est quasi reuersio rei supra Rotã paruã:&.vii.de utilitate Rota. Dyablum. Flexor. Girgilus. Bacham.



cap.xiiii.dicit/ꝙ ipse primus omniũ inuenit istos neruos taliter si tos:& suos musculos capita eorũ ad inferiora habentes.

Nota cõtra Aristo.

¶ Inquit etiá ꝙ reuersio istoꝝ neruoꝝ mõstrat neruos oriri a ce/ rebro & nõ a corde:ut putabat Aristo.quia si nerui orirẽtur a cor de:isti reuersiui uenirent ab ipso & nõ a cerebro:ut sensui patet.



¶ Et istis neruis reuersiuis partis dextrę / natura fecit etiá Girgi/ lũ seu Rotá illam quá fecit in parte sinistra/de uno satis notabili ramo arterię ascẽdẽtis obliquatę uersus assellá dextrá/circa fur culá pectoris superiorem dextrę partis/quę Arteria uadit ad bra chium dextrũ/cui ramo adiunxit alias pelliculas ibidem existen/ tes/ut sit fortis/quia hic Ramus nõ est ęque magnus/sicut est il/ le/circa quẽ reflectũtur nerui reuersiui sinistri lateris antedicti.

¶ Et sub isto ramo dextrę partis a pelliculis prędictis fortificato: ascendũt per collũ nerui Reuersiui dextri : & tam dextri q̃ sini/ stri : ascendendo implantantur cum pluribus ramis ad musculos epiglottis:ut sensui patet/quibus mediãtibus uoluntarie mouẽt Epiglottim seu Laryngam/sicut equitans mediante freno & ha benis:quando uult/mouet equum.

¶ Iuuamẽta neruorũ prędictoꝝ descendẽtiũ / sunt dare sensum: & secundũ aliquos aliquem motũ mẽbris/ad quę uadunt in suo descensu/de qbus supradictũ est/& iuuamẽta Reuersiuoꝝ sunt

Nerui uocis.

pro danda uoce / ideo uocantur nerui uocis. Passiones omnium modorũ patiũtur tam descendentes q̃ Reuersiui:& si ipsorũ cõ plexio notabiliter muteturːut interdũ cõtingit in eoꝝ detectiõe gratia ulceris/maxime descẽdẽtiũ:& forte Reuersiuorũ amitti/ tur uox & alię suę aperationes:si nõ ab latę:saltem diminutę:& si soli Reuersiui incidantur integre utrinq;:amittitur uox & loque la:si uero i uno latere solo:medietas harũ operationũ leditur:sed si incidãtur descendentes/quorũ Reuersiui sunt partes secũdũ aliquos ledentur illę quinq; opationes: de quibus meminit Gal. 4.interiorũ cap.xvi.s.exitus aeris a pectore cũ anhelitu:& flamẽ sine ictu seu strepitu:& flamen cũ strepitu:& uox:& loquela. Vo lunt tamen aliqui : ꝙ ad incisionem descendentiũ amittatur sola uox & flamen cũ ictu. De istis tñ neruis uide cõmẽtaria nostra.



¶ His uisis/dimitte neruos Reuersiuos in loco suo in collo:ut p ipsos melius uideas musculos epiglottis:qbus alligãtur. Dimitte etiá Vẽtriculi partẽ superiorẽ:& totá gulá siue meri : & partẽ illá

pulmonis supiorē / quā seruasti pro trachea uidēda. Dimitte etiā talē partē uenarū & arteriarū ad brachia & ad caput tendentiū: ut ipsaū possis loco suo uidere anatomiā. Cor uero & alia mēbra inferioris & medii uentris / q̄ prius fuere uisa & seruata pro uenis: arteriis & neruis antedictis uidēdis: abiicias: & anteq̄ ulterius pro cedat̄ in p̄senti ordine anatomię sunt aliqua dicēda de facie: & de aliq̄bus ꝑtibus eius: deinde ad epiglottim & ad gulā deueniēdū.

¶ De Facie.

f Acies a Romanis / a Gręcis Prosopon dicta / quę est soli homini / est pars āterior capitis oībus nota. Hęc pars ue/ niret magis anatomizāda cū uētre supmo quā cū me/ dio / sed per accidens de ipsa in pręsentiarū fit sermo: quia in cōi anatomia gula & Gutur nō possunt inuestigari: nisi prius de par tibus aliquibus faciei fiat mētio: & dicit̄ facias quasi faciens homi nē. Per ipsam .n. fit uniuscuiusq; psonę cognitio: & distinctio. Facies. Prosopon. Facies vnde.

¶ Hęc pars facies dicta uocatur etiā Vultus a uoluēdo: & a uolen do dictus / quia per ipsam cognoscūtur animi affectus: in quibus ipsius mutatur color / uel propter uerecūdiā / uel ꝑpter aliquod crimen cōmissum: uel pp timorē / uel ęgritudinē. Sunt tamen ali qui: quibus Vultus raro mutatur: & hi appellātur uultuosi. Vultus vnde dicatur. Vultuosi.



¶ Mutatur etiā Vultus de ętate in ętatē: & differt facies a Vultu in hoc: ꝙ facies stat semper eadem: & uultus mutatur: licet pro ętate facies mutet colorē: & quātitatem: & notitia faciei multum cōsideratur a physionomo. Cōsideratur etiā a medico: ut primo prognosticorū: in primis ęgri faciē cōsiderabis. Iuuat .n. in cogno scendis multis morbis / sicut lepram / peripleumoniā / icteritiā / ca cesiā alias cachexiam / & tempus menstruorū in fœmina. In ipsa etiā cognoscūtur simulātes ęgritudinem / sed nō semper. Facies iuuat in prognosti cando.

¶ Eius situs ē anteriori parte capitis capillatę subiectus. Sua sub stātia est ex cute rariore & leniore quacūq; alia cute corporis / ua porū a toto ad ipsam ascedētium & decoris gratia / sub ipsa cute sunt multi musculi / & uenę pulsantes / & quietę / nerui / pāniculi: li gamēta / carthilagines & ossa: Numero ē unū mēbrū organicū.

¶ Numerus partiū ipsius ē Frons / Tēpora / Aures / Supcilia / in tercilium: Nasus / Oculi / Palpebrę / Cilia / Malę / Maxillę / siue Mā dibulę / q̄ in p̄senti sunt synonyma / Os / & Bucca / Labia / Gelasi/ ni / Mystax / Lacuna sub naso: & Mētū cū sua Lacuna. Sua quāti

tas/sua figura/& colligãtia patent:sua cõplexio est qualis cõplexio partiũ ipsius: iuuamenta sua sunt etiã ab ipsius partibus sumenda. Passiones omnium modorum patitur.

De Frõte:& aliis faciei partibus/exceptis Naso/Oculis/Palpebris/Ciliis/& Ore cũ suis partibus.

Frõs & unde dicatur. Frons est tota ea pars media suprema faciei pilis nuda: quę est supra oculos: ab aliquibus tñ dicit̃ oculos esse in frõte:& ideo teste Varrone dicit̃ frons a foratu oculorũ.

Ruge i frõte. Sub cute frõtis est unus musculus dilatatus uillos suos habẽs secũdũ lõgũ corporis/quibus mouet supercilia:in frõte etiã sunt rugę secũdũ ipsius latũ tẽdentes:secũdũ quarũ situm errabundi medici secãt exituras/sed male/quia tunc cadunt supercilia. Debent igitur fieri sectiones in fronte secundũ longũ corporis.

Uene i frõte. In fronte sunt uenę aliquę/quę in diuersis morbis secantur:& Sanguisugę etiã ipsis applicantur. sub musculo prędicto & panniculo pericraneo est os frontis coronale dictum.

De Temporibus.

Unde dicant tempora. Ad latera frontis sunt tẽpora sic dicta:quia in ipsis cognoscũtur anni multorũ aialiũ. Primo.n.canescũt in homine:sed nõ semper. Cauãtur etiã diuturnitate tẽporis: in tẽporibus sunt ossa parua oblõga per trãsuersum capitis tendẽtia/quę intra se & craneũ custodiũt musculos tẽporales:hęc ossa ab Auic.ossa paris dicũt: Ossa paris. Uene in tẽporibus. & ultra prędictos musculos in tẽporibus sunt etiã aliquę arterię et uenę insignes/quę in aliquibus morbis secantur.

De Superciliis.

Supercilia sunt omnibus nota/quorum situs est in fine frontis: congenita sunt cum homine ornatus causa / intenta a natura ut tueantur oculos a puluere descẽdente: & a pluuia & a similibus: nõ crescunt sui pili/sicut hi/qui capitis:gratia boni finis.

De Interciliis.

Interstitiũ. In confinibus frontis est certũ interstitiũ diuidens supercilia in ipsorum medio. Diuidit etiã frontem a naso:& huic parti tãq̃ ad centrum cõterminatur nasus & infima ac media pars frontis: hic locus uocatur Glabella siue Glabra. Glaber.n.dicitur sine pillis: hic locus etiã dicitur lepor nasi. In isto loco incipit sępe herisipila uel herisipella sed rectius herisipellas: alio nomine a iunioribus uocata Guta rosea. Glabella. Glabra. Glaber. Lepor nasi. Herisipella. Guta rosea.

De Malis.

Malę sunt illę partes rotundę in facie: quę etiã poma dicũtur: & sunt infra oculos a lateribus nasi: & sunt soli homini: & genę proprie uocantur. licet maior pars faciei nominetur gena, huius partis: cutis est rarior omni alia faciei parte, quę defacili rubet & mutat colorẽ suũ naturalẽ in animi affectibus, qui cõiter in bene complexionatis est roseus: istę Malę ornant faciem & sunt tutela ad oculos & ad nasum: & quęlibet ipsarum habet unum musculum latum firmissime suę cuti unitum: qui seruiunt ipsis & labiis: ut inferius in sectione labiorum dicetur. Malae. Poma. Genae.

De Barba Gena dicta.

In facie est etiam pars barbata, quę proprium habet nomen & uocatur gena a gennao uel genero, quia ibi pili generãtur. Hęc pars etiam ab aliquibus dicitur Mistax siue Mustax. Gena. Mistax. Mustax.

De Mento.

In inferiori parte faciei est mentũ ab eminẽdo dictum. Dicitur etiã anthereon. A gula.n.eminet: a quo dicit̃ morbus mẽtagra: Sua pars suprema incipit a radice superioris labii: & finẽ habet ĩ infima faciei parte: & propter talem locũ potest dici mentũ. quia infimi in cunctis rebus: si nõ sunt: debent esse mites. Mentum. Anthereon.

In medio menti: est certa cauitas ab aliquibus buccula & bucella dicta: dicitur etiam typos. Buccula. Bucella. Typos.

De Gelasinis.

A lateribus oris utrinq; in cute in aliquibus indiuiduis: & maxime in pueris & in fœminis est certa fossula, quę apparet in risu: quę indicat decorem & uenustatem: & ideo uocatur talis fossula Vmbilicus ueneris & Gelassinus: uocatur autem umbilicus ueneris: quia assimilatur concauitati repertę in foliis illius herbę: q̃ uocatur umbilicus ueneris & cotyledon. Umbilicus veneris Gelasinus. Cotyledon.

De Lacuna sub Naso.

Sub naso ĩ medio labii ĩferioris: ẽ certa uallecula, quã Lactãti⁹ Firmianus pp similitudinẽ suę cauitatis: uocat lacunã, ab aliqb⁹ dicta phyltron: et spheriõ: et hyspia: De naso: oculis, ciliis, palpebris, ore et suis ptib⁹ loco suo dicet̃, ad anatomiã oris initiũ sumẽdo. Uallecula. Lacuna. Phyltron. Spherion. Hyspia.

De Anatomia, Oris & partiũ eius.

Igit̃ tracbea: epiglottis: et Gula possint inuestigari cõmode: sicut pmisimus, ad oris et partiũ ipsius sectionem Quid os & vñ dicatur.

deuenio:& dico:q̃ os est illa pars cõcaua in facie imediate itra labia existens:p quã primo cibus:et potus:et pro pte Aer intra corpus ingrediũtur:et p quã exeũt sputamina:et uoces: et in qua fit loquela:et dicit os quasi ostiũ ad p̃dicta itra et extra mittẽda.

Bucca. Buccae.

¶ Bucca uero seu buccę sunt illę partes in facie seu ore:quę naturaliter a spiritu possunt inflari.s. ipsa cõcauitas oris / quę spiritu a pulmone reuocato:et oppressis labiis in ore retento inflatur.

¶ Oris partes sunt labia:dẽtes/gingiuę/maxillę/palatũ/uuea/lingua:tonsillę:et fauces.

¶ Ex prędictis patet oris substãtia/situs & figura:quãtitas sua oĩbus nota est: Numero est unũ mẽbrũ: Numerus ptiũ ipsius dictus est: Sua colligãtia sumit a ptibus suis/Et etiã sua iuuamẽta. Sua ꝯplexio est q̃lis sunt suę ptes:passiões omniũ modoꝝ patit.

¶ De Labiis.

Labia. Labra. Prochilũ. Prostomiõ. Prostomia. Brochi.

Labia quę etiã labra dicunt:aliquibus sunt grossa/ aliquibus subtilia:grossa cõmuniter arguũt igenii ruditatem: labiorũ pars prominẽs prochilũ noiat. Eorũdẽ ꝯtinuus cõgressus:prostomion uel prostomia dicitur:& hi quibus prominent labia simul & dentes:brochi uocant:in medio labiorum est fissura:quę proprie os appellatur.

¶ Labioꝝ substantia est cõposita ex carne musculosa:cute & pãniculo gulę ꝯtinuo:haꝝ partiũ unio est taliter cõpacta q̃ difficillime unũ seperari potest ab alio:&est talis:ne pp grossitiem impediat suus agilis motus:q ẽ ad oẽm positiõis differẽtiã:& iõ i ipsis sunt quatuor ꝓprii musculi:& duo cões ipsis & pomis faciei.

¶ Et proprii sunt parui proportione labioꝝ/qui anteq̃ cuti uniãtur sunt inuicẽ cõcatenati: taliter q̃ suę partes sunt inseparabiles sine ipsorũ laceratiõe/quoꝝ unũ par pendet sub pomis faciei oblique uersus labia/alii etiã duo pendent oblique ab inferiori mandibula uersus labia.



¶ Et licet sint tantũ quatuor musculi labiis:sunt tamen octo motus teste Gal.xi.de util.c.xvi.s. quatuor recti:& quatuor obliqui: nã quilibꝫ istoꝝ:dũ mouetur: oblique mouet / quia situs cuiusq̃ ipsorum obliquus est:sed qñ duo ex eis ęqualiter mouẽtur recte mouent/ sicut est in ipsorũ apertione:in qua est unus motus rectus: Alter uero motus rectus in labiis est quando inuicem clauduntur seu comprimuntur.

¶ Sunt etiā duo alii motus recti in labiis: unus est quādo ipsa extra uertūtur: & alter quādo itra plicātur: & isti motus fiūt a uillis rectis/quorꝫ quidā sunt intrinseci ad ipsos musculos labiorū: & quidam extrinseci: & quando extrinseci tenduntur: tunc labia extra uertūtur: & quādo intrinseci: tunc sub seu intra plicantur: & quō motus obliqui fiāt ab unico musculo: & recti a pluribus: facile est iudicare: si in inspiciātur clausoria unius bursę/quę quādo simul trahuntur: recte & uniformiter aperiunt os bursę: cūqꝫ unicum ipsorum trahitur: os bursę transuersaliter mouetur.

¶ Auic. tamen quāuis dicat prędictū situm musculorꝫ: nō ponit nisi quatuor motus: sicut sunt quatuor musculi: & dicit ipsis sufficere quatuor motus. Inquit ꝙ unaquęqꝫ ipsorꝫ pars: cū mouetur ad suam mouet partem/cūqꝫ duo ad duas mouētur/ad duas dilatantur partes/adest ergo eis complementum motus ad quatuor partes/neqꝫ ullum habent motum nisi istos.

¶ Et tam Gale. q̄ Auic. loquūtur de motu proprio/qua motus cōmunis pomis & labiis fit a duobus musculis latis/qui sunt in unaquaqꝫ mandibula: & sunt lati maiores prędictis: & isti teste Gal. sunt extrorsum a malis usqꝫ ad spinam colli/ad quos uadūt nerui a pectore: & a clauibus. i. a furculis supioribus pectoris/qui implātātur malis & labio iferiori per uillos rectos: & aliq alii uilli a clauibus etiā oblique tendētes: & aliqui alii magis obliqui prędictis a scapulis ascendentes: apud latera labiorū pomis implantantur: & adhuc aliqui alii a loco retro aures (quas interdū mouent) ad istos musculos tendunt. Isti tamen musculi non cognoscuntur manifeste: quāuis multitudinē neruorū habeant fere ab omnibus colli partibus. Cognoscūtur tamen: si clausis mādibulis ad suum ultimū conatū moueātur labia & faciei poma/nō ꝙ partes ossosę pomorꝫ moueantur: sed sua pars carnea musculosa prędicta mouetur cum cute: quę est proprie pro solo motu labiorū/ad quā & etiā ad ipsa labia uadūt musculi prędicti lati/q mouēt labia & mala: & hic uocat̄ cōis motus. s. labiorꝫ & pomorū.

¶ Aliqui etiā uolūt ꝙ malę in sui supiori parte moueātur aliqualiter a musculo lato mouente frontē: & aliqui dicūt ꝙ isti musculi lati mouentes malas et labia/iuuāt etiam masticationem.

¶ Et istorū musculorū motus optime uidentur in uiuis: maxime in extenuatis. Et ideo de ipsis facio mentionē omittēdo multorꝫ

musculorũ anatomiã/quia nõ possunt uideri in uiuis: neq; in cõmuni anatomia monstrari/narrabo etiam linguę & mandibularum musculos propter eandem causam.



❡ Hęc labia intra se:& etiã totũ os tegũtur pãniculo tegente gulã siue meri:& uentriculũ: & pp hoc in futuro uomitu tremit labiũ iferius. Hic tñ pãniculus durior & grossior est i ore:q̃ alibi: & grossior in meri:q̃ in uẽtriculo:& semp descẽdẽdo efficit lenior & subtilior/qa i ore primo obuiat cibariis aliqualiter duris/quę descẽdẽdo semper efficiũtur molliora: teste Gal. 4. de util. & iuxta illud Auic. nutriẽs masticatiõe aliqualẽ suscipit digestionẽ.

❡ Labiorũ figura. situs. quãtitas. et numerus patent. sua cõplexio ponit calida/colligãtur cerebro per neruos/hepati per uenas/cordi per arterias: et ideo interdũ in ipsorũ cõpressione: cognoscũtur animi affectus. Exporrigũtur etiã: et cõpescunt labia uolũtarie: Colligãtur etiã uẽtriculo & meri/et toto/mediãte cute: Sua iuuamẽta sunt multa: sũt primo ad tutelã dẽtiũ: et ad bonã faciei formã/ad loquelã exprimendã/ad cibũ et potum sumendũ: et sunt ori sicut ostiũ domui se apiendo et claudendo in necessariis: prohibẽt etiã aerem frigidũ ingredi ad cor per se et p accidẽt: retinẽt etiã aerẽ a pulmone reuocatũ in necessitatibus.



❡ Passiones omiũ modorũ patiũtur: et iter alias patiũtur fissuras alias ragadias: et sępe cãcros: et tremorẽ in crisibus et in febribus per cõmunitatem a cerebro et a uentriculo.

❡ De Dentibus.



Isis antedictis: primo quãtũ potes apias os/secãdo buccas i altero laterũ: ut melius dentes: ac gingiuas uideas: primo notãdo substãtiã dentium/quę ossosa est: et teste Celso est durior osse. Aliqui tamẽ dicũt ipsos esse de natura carnis: et ossis tũ quia sentiũt: tũ quia renascũtur: crescũt etiã gratia finis toto tẽpore suę pmanẽtię/quia si nõ crescerent/nõ durarẽt: et masticatio esset mala: ex qua uita esset breuis.

❡ Numero sunt. xxxii. s. in uno ordine secundũ utrãq; genã. xvi. sunt locati/sũt etiã sępe solũ. xxviii. quia tũc deffitiũt quatuor posteriores/qui Neguegid dicũt ab Auic. et hi sunt duo i quolibet latere: et interdũ deffitiunt i totũ sex: et Neguegid sunt ultimi in ortu/qui uocant etiam dentes intellectus/sensus et sapiẽtię: qa i aliqbus nascũt iuirilitate/uel senio: et teste Arist. secũdo de na

Neguegid.
Intellectus.
Sensus.
Sapientiae.

tura/seu de historiis animaliũ:maribus sunt plures dentes:q̃ foe/minis:ut in genere hominũ:ouiũ:suũ:& caprarũ patet. Maribus sũt plures dentes foeminis.

❡ Eorũ nomina: sunt alia a Celso/alia a Gal. alia ab Aristo. alia ab Auic.alia a Mũdino.Et primo ista sunt nomina Auic. in qua libet.n.parte siue supiori/siue inferiori a medio oris ante uersus: incipiẽdo i medio:primo sunt duo satis lati ęquales/duales dicti a lateribus quorũ utrinq; est unus/qui dicũtur incisiui a Mundi/no:& ab Auic.dicũtur quadrupli.Gal.tñ uocat duales incisiuos: quos duos duales: & duos incisiuos Celsus uocat quaternos: & istos oẽs Arist.uocat acutos/ut secẽt: & cõuenit cũ Gal. a lateri/bus istorũ utriq; est unus/qui cõiter cinodẽtes seu canini dicunt: & ab aliqbus gelasini dicti sunt/qa apparẽt in risu magis aliis. Duales. Incisiui. Quadrupli. Quaterni. Acuti. Cinodentes. Canini. Gelasini. Molares.

❡ Sunt deinde secũdũ Auic.oẽs molares a molẽdo dicti / qui in aliqbus secũdũ ipsum utrinq; a lateribus caninorũ sunt quatuor: & i aliquibus sunt quinq;:& isto mõ sunt/uel.xxxii.uel.xxviii. nu merãdo sic/duos duales:& duo quadrupli seu incisiui:& duo cani ni/q oẽs sunt sex:& molares secundũ Aui.sunt.x.uel octo: si.x.in qualibet pte.s.supiori uel iferiori/i totũ sunt.xvi.& ut sic sunt.32. si uero sint octo/sunt in qualibet parte.xiiii.& sic sunt.xxviii.

❡ Mũdinus tñ in numero.xxxii.ponit duos duales supius:& to/tidẽ iferius:& duos icisiuos/& duos caninos:& quatuor molares: & sex maxillares:tñ nec Gal.nec Arist.ponũt noia pticularia om niũ dẽtiũ:sed Celsus ponit quatuor caninos: utrinq; duos iuxta quaternos superius:& totidẽ inferius:Celsus etiã ponit octo ma xillares supius:& octo iferius.s.quatuor utrinq; iuxta caninos. Maxilares.

❡ Sua figura est diuersa: aliq.n.habent unũ solũ caput acutũ: & unã radicem:ut oẽs duales:& quadrupli seu icisiui:& canini. Mo lares uero inferiores habẽt ad minus duo capita/& duas radices: & iterdũ tres:& tot capita:& maxime ultimi/superiores uero ha bent ad minus tria capita:& totidẽ radices: et interdũ quatuor: et maxime ultimi:qui sunt tãq̃ murus tenẽtes alios firmos:et dẽ tiũ supiorũ radices sunt curuę: ut sint firmiores/ne sua grauitate cadãt/& foramina i qbus figũtur:sunt mirabiliter ipsis adęq̃ta. Figura dẽtiũ diuersa.

❡ Et ab osse maxillę oritur pro quolibet dente unũ additamen tũ rotundũ firmãs dentem mediantibus ligamentis fortibus/et ista additamenta Gal.uocat pręsepia:quę nõ solum sunt in loco gingiuarum:sed in extremo suarum radicum. Praesepia.

¶ Et molares habent plures radices aliis / quia sua operatio est magis cõtinua aliis / & quia masticãdo nõ mouẽtur secũdũ superius & inferius solũ / sed lateraliter mouẽtur seu circulariter.

¶ Omnibus dentibus teste Gal. & Auic. est aliquis sensus.

¶ Sua quãtitas & situs patent / colligãtur mandibulis & gingiuis: & cerebro p neruũ: sua cõplexio est nota / iuuamẽta sunt prępa rare cibũ p stomacho: modulãt ẽt loquelã: sũt etiã arma naturę

¶ Patiuntur omne genus morbi: quod patiuntur alia ossa. in eis fit dolor / cõmotio / corrosio / putrefactio / cõgelatio / coloris alteratio: & elongatio a suo naturali loco.

¶ De Gingiuis.

Gingiuae vnde dicantur.

P Ost dẽtes uidẽdę sunt Gingiuę: sic dictę a gignẽdis dẽtibus / & sunt carnes simplices / durę / in quibus sunt infixi dentes: i ipsis sunt tot foramina / quot sunt dentes.

¶ Numero sunt duę / una superior / alia iferior: Sua figura patet quę sequit figurã suę maxillę. Patet etiã situs / & quãtitas / & colligantia. Sua iuuamenta sunt firmare dentes: & circa ipsos uestire ossa mãdibularũ: & suo calore illa cõfortare / & carentibus dentibus / prebent iuuamen masticationis: eis etiã est sensus notabilis per colligantiam cum cerebro mediãtibus neruis per eas dispersis. Passiones omnium modorum patiuntur.



¶ De Palato.

P Ost Gingiuas secũdũ uerũ uniuersalis Anatomię methodũ: occurit palatũ / quod est pars oris teste Arist. primo de hystoriis. c. xi. & est illa pars in ore siue apto siue clauso / quę est supra linguam.

¶ Hęc pars ossosa est: ex ossibus mandibularũ superiorũ constituta: est tamẽ tecta aliquali carne cum suo pãniculo tegẽte / in quo sunt nerui aliqui dantes sensum gustus & tactus: et hęc pars in ore assimilatur cõcauo testudinis / seu cęlo fornacis: ideo dicitur cęlum & altum oris: & dicitur palatũ / quia in apertione oris nobis palam ostenditur / uel quia manifeste latum uidetur: & palatum teste Gal. est tãquã campana pręiacens laryngi seu epiglottidi: in quo fit uocis intonatio.

Celum. Altũ oris. Campana.

¶ Suus situs: sua figura / quãtitas / & numerus / ac colligantia patent / sua cõplexio frigida est: quia ossosa est a prædominio / i isto mẽbro nõ est aliquod foramẽ colatorio seruiẽs: ut putãt aliqui: p

Nota de colatorio.

quod expurgentur supfluitates cerebri:sed tale foramen seu fora mina sunt in osse basilari supra nares:ut alibi dicetur.

¶ Ipsius iuuamenta sunt:ut clauso ore & etiã apto ibidẽ retineatur aer / ad hoc ut calefiat si frigidus est / ne talis suo ingressu ledat cor:Retinet etiã Aerẽ a quo resocillatur cor ĩ necessitatibus / iuuat etiã in retinẽdo aerę uocalẽ:& ideo palatũ rugosum est / ad hoc ut aer exeat undosus. Palatũ ẽt sua ꝯcauitate iuuat reuolutionẽ cibi in ore masticationis tempore/mediãte etiam sua cõcauitate lingua agilius mouetur ꝑ suis opatiõibus/cum sua etiam pellicula iuuat digestionem / adiuuante ei pellicula totius oris & forte sputo in masticatione cibariis misto.

¶ Passiones omnium modorum patitur/& inter alios morbos patitur in febribus colam seu alcolam.

¶ De Vuula seu Vuea.

IN fine palati iuxta fauces uersus caput in opposito Radicis lingue est unũ mẽbrum carneum/Rarę substãtię/ membrana tectum/cuius quantitas & figura est ęquiparata grano uuę:& ideo uua:uuigena: et uuigera dicitur. Dicitur etiam Columella et etiã Columna:et ab aliquibus Gargareon: Gargar et Gurgulio/dicitur etiam fundibulũ/Crescit tamẽ hoc membrum pręter naturaliter in longũ et latum:ab humiditate replente:et interdũ assimilatur caudę muris:ut ego sępe uidi : et interdum induratur/et interdum strangulat teste Aristo. Uua. Uuigena. Uuigera. Columella. Columna. Gargareon. Gargar. Gurgulio.

¶ Hoc mẽbrũ est soli homini. Sua substãtia ẽ dicta/in qua sunt aliquę uenę et Arterię:et ideo si soluatur notabiliter sanguinẽ ducit. Sua complexio calida est:et humida/numerus/situs et colligantia patent/hoc mẽbrũ cedit locũ deglutitis:nec motũ habet uolũtariũ.Ideo caret musculis:iuuat in Refrãgẽdo & in alterando aerẽ:ꝑ os pectori seruiẽtẽ:et secũdũ aliquos in modulãdo uocẽ:ꝓhibet ẽt sitim ꝓhibẽdo aerẽ exsiccãtẽ igredi fauces uiolẽter. Fundibulum. Uuea est soli homini.

¶ Passiones omniũ modorũ patitur:et pręsertim corrosionem : et mollificationem/quibus sępe requiritur cauterium.

¶ De Lingua.

LIngua ĩterdũ accipitur ꝑ uarietate sermonũ:ut gręca/arabica/latina et id genus.Multa ẽt alia significat/ de pñti tñ capitur ꝑ mẽbro ĩ ore cõtẽto. Et lingua dicitur a ligã/ do:q̃a ligata ẽ ab uno extremo ad aliud ĩtra ĩteriores mãdibulas. Lingua unde dicatur.



¶ Huius mēbri substātia naturaliter Rara/fungosa:ac mollis est. Est etiā accidētaliter mollis:propter humiditates a capite:& a uētriculo ad ipsam descēdētes. Caro etiā glādosa i ipsius radice in qua sunt fontes saliuales humectat ipsam mediante saliua : ē etiā ipsi multitudo neruorū/tū pp sensum tactus & gustus:tū pp motū/nerui q̄ dāt gustū/ueniūt a tertio pari neruoꝝ cerebri/q uero motū/ueniunt a septimo:& hi nerui sunt notabiles/quia lingua indiget excellenti sensu:& etiā motu/plurimo etiā idiget calore: & nutrimento. Ideo habet (similiter & uirga) plures:ac maiores pulsantes & quietas uenas quocūq̄ alio mēbro sibi pari magnitudine/& nerui dātes ipsi motū:sunt distincti a dātibus sensum: sed qui dant sensum tactus:dant etiā gustū/& gustus facilius corrūpitur tactu/quia gustus est uirtus subtilior tactu:& situs neruorū sensus ē supficialis:situs uero neruorū motus est acētratus magis:plus & minus secūdū locū musculoꝝ/q cōiter ponūť noué.s. quatuor paria:& unus solitarius/quibus moueť ad oēm positionis differētiā:& lingua in sua radice est ampla : grossa & fortis/in anteriori uero est subtilis & acuta:ut promptior sit ad motus.



De musculis linguę.

¶ De prędictis musculis duo sunt a lateribus linguę utriq̄ unus: qui latitudinales uocantur/procedētes ab ossibus acutis capitis post aures positis/a quo loco ēt pro parte ueniunt uilli illius musculi/qui est cōmunis pro motu labioꝝ:& pro motu pomorū faciei:& hęc ossa uocātur sagittalia:& acularia:sunt etiā duo longitudinales dicti:nati a supremo ossis lambdę/qui cū medio linguę cōtinuātur:& alii duo musculi sunt:q ex trāsuerso mouēt linguā pcedētes a latere:quod ē iferius ex duobus ossis lābdę lateribus & isti penetrāt inter pdictos longitudinales et latitudinales.

¶ Sunt etiā duo alii ipsam cōuertētes:et resupināntes et istoꝝ uilli sunt in latū expāsi sub pdictis:et hi sunt cōtinuati cū osse mandibulę iferioris: Auic.tñ.xii.aīaliū dicit istos ultimos eē supra alios: est deinde musculus unus solitarius dictus/q ꝯtinuat linguā ossi lambdę:et trahit unū ad aliud/et hic musculus pellit linguam ad exteriora ipsam elōgando:ipsam etiam retrahit et abbreuiat.

¶ Sūt tñ multi dicētes ꝙ lingua ad exteriora nō moueť uolūtarie:sed mere naturaliter ab imaginatiua/sicut uirga:et aliq dicūt ipsam et ēt uirgā moueri a musculis/et ab imaginatiua simul : et aliq ab imaginatiua sola/q̄ mediāte spū cāt uētositatē dilatātē:

& erigẽtem uirgã pariter et linguã cũ eductiõe extra os: hęc tñ sunt tacta a Gal. p°. de motibus ligdis: et ab Aui. prima p¹. i. c. de musculis lingue: & ibidẽ expositores soluũt dubia/quos uide.

De Osse Linguę.

Lingua i sui radice habet os/cui annectit et ligatur: et tãq̃ sup sua basi firmat in multis suis motibus: et hoc os i magnis aialibus ẽ quadri laterũ nõ multũ durũ: sed ẽ quasi carthilagineũ: et uocatur os hyoideũ & lãbdę/quia assimilat ipsi litterę grecę: duo ipsius latera minora sunt uersus linguã/q̃ sunt i forma litterę pdictę bifurcata: et duo etiã taliter formata: primis maiora sunt uersus carthilaginẽ peltalẽ epiglottis/quã amplectũtur et ei alligãtur: ne labat hinc inde/ut melius hoc os firmet mẽbra alia sibi alligata: et nõ solũ alligatur epiglotti: sed etiã ad Meri per ligamẽta aliqua. Hoc tamen os in homine raro habet quatuor latera/sed duo tantum uersus epiglottim. Os hyoideũ. Lambdae.

Et hoc os non fuit oblongę/seu rectę figurę. quia grauitas linguę traxisset ipsum ad unũ latus tantum: et tunc nõ fuisset bona loquela/nec bona masticatio: et hoc os uocatur Hyoideũ a Gal. et os lambdę: et ab Auic. Alfahic.

Iuuamẽta huius ossis a Gal. sunt posita multa/q̃uis sit paruũ os: primo: ab ipso ad linguã ueniunt plurimi musculi: et etiã musculi aliqui epiglottis: et ab ipso uadunt aliqui ad spatulas: et aliq ad pectus/et aliqui ad mandibulas: ab ipso etiã/seu a suis ligamẽtis oriũtur cordę musculorũ sibi propinquorũ: et est etiã defensoriũ peltalis carthilaginis Epiglottis: et hoc os ẽ principale fundamentum/super quo uertitur lingua in suis motibus. Alfabic.

Huic ossi sunt tres sibi proprię musculorũ cõiugationes. s. unũ par pcedẽs ab extremitatibus mãdibulę iferioris uersus illã ptẽ: cũ qua cõtinuat radici linguę/quoꝝ unus ẽ a dextris/alter a sinistris: et istud par dum cõtrahit/trahit ipsum uersus mãdibulã. Qrot musculi ossi hyoideo.

Secundũ par oritur sub mento: et trãsit ad istud os sub lingua: et ipsi colligatur uersus partem superiorem. s. uersus epiglottim: et istud os trahit ad partem mandibulę.

Tertium par oritur ab additamentis acularibus ossis capitis. s. a duabus extremitatibus ossosis acutis/quę sunt post aures: et isti musculi cõtinuãtur cũ extremitate istius ossis/quę est uersus linguã/et trahunt ipsum ad superiora uersus posterius.

¶ Alii omnes musculi huic ossi continuati/sunt cõmunes ipsi & membris:ad quę uadunt.

Duae venae sub lingua. venae virides Rubeae. Nigrae. Raninae. Fõtes saliuae.

¶ Sub ipsa lingua sunt duę notabiles uenę:utrinq; una:q̃ i multis dispositiõibus phlebotomãtur/p̃sertim i synãgę/q̃ sũt rubeę: iterdũ nigrę/& iterdũ uirides:& uocãt ab aliquibus Raninę.

¶ Sub lingua etiã:ubi ipsa alligat ori/sunt certę cauernę notabiles bipartitę/q̃ uocãtur Orifitia/seu ora/uel fontes saliuę/quę ab Auic.uocãtur generatiua saliuę/i qbus de facili igredit stilus/hęc orifitia apiũt & claudũt ad istar bursę:saliua multiplicãte & deficiẽte. Hi fõtes terminãt ad carnẽ glãdosam p̃dictã i radice linguę locatã/a qua cõtinue humiditas salivalis i p̃dictis fõtib⁹ refudat.

Filellum.

¶ Sub lingua est etiam certa pellicula in medio eius per longum tendens:quę uocatur a nostris uulgaribus il Filello/quę in aliquibus est magna:& obstetrices ipsam uel Chirurgici secant in ętate infantię/quę si non incidatur:traulos causat.



¶ Complexio linguę est calida & humida. Sua figura/& situs ac colligãtia ex prędictis patent.Sua quãtitas est cõspicabilis. Alia enim teste Aristo.est lata/alia angusta/alia mediocris/sed illa est laudabilis/quę est secundum potentiam loquendi comensurata in sua longitudine & latitudine.



¶ Numero licet uideatur unum mẽbrũ.Sunt tamen duo membra/apparet tamen unũ ex duobus similibus cõpositum. Cõmuniter.n.natura creauit sensus duplices:ut si cõtingat uni parti nocumẽtum/q altera pars illesa maneat:& nõ fuit diuisa sensibiliter in duas partes ab inuicẽ distãtes/propter masticationẽ & loquelam/sed est unita mediãte uno pãniculo ipsam tegente. Hic tamen pãniculus est diuisus per longũ in duo latera sub & supra: unitus tñ/& firmissime alligatus linguę.Et hic pãniculus est cõtinuus cũ pãniculo tegẽte uẽtriculũ:& Meri/& totũ os itrisecus.

¶ Iuuamenta linguę sunt principaliter ad uocis distinctionem:& ad literas articulandas. Et ideo Gal.in libro de uoce & anhelitu dicebat uoci & orationi posita sunt tria mẽbra.s.trachea:Epiglottis:et ligua/et unũqdq; hẽt glãdulas humiditatẽ ipsis tribuẽtes.

¶ Et glãdulę trachęę sũt i collo ipsam humectãtes:et colli partes ęquãtes.

¶ Et glãdulę epiglottis sunt illę q̃ dictę sũt artę aeris.

¶ Est etiã certa caro pinguis glandosa circa illud cooptoriũ epiglottidis/quod dicit Glottis: quod est uocis principale organũ:

lingua tamen habet glādulas/quibus uadūt uenę ipsis portātes saliuā:alię uero carēt uena/sed suapte natura replent humiditate sursū & deorsum ad ipsas fluēte/& i epiglottidi generat humiditas:qua humectat:a capite etiā ad ipsam fluit humiditas aliqua.



¶ Lingua etiā iuuat ad discretionē gustus.iuuat etiam ad reuolutionē cibi in ore:taliter ut omnis ipsius pars cōteratur. iuuat etiā deglutionem. Passiones omniū modorum patitur.

¶ De Amigdalis.

IN supiori parte laterali linguę circa ipsius radicem sunt certę carnes adenosę seu glandosę/utrinq; una/a multis amigdalę noiatę/q̄ simul cū uuea ādicta:& Galsamac: & etiā Alsahic.ix.tertii ab Auic.ponūtur inter partes gutturi additas:& p guttur Auic.iterpres:itelligit spatiū:i quo sunt meatus cibi & anhelitus/sed male/qa guttur cōiter a latinis capitur pro trachea arteria.Capit etiā pro parte anteriori colli: q̄ est a faucibus ad iugulū:& ideo Celsus dicebat uenas grāges.i.guidez/eē in dextra/sinistraq; circa guttur/& teste Plinio guttur ē homini tm̄/qd̄ itumescit plerūq; uitio:& hic tumor botiū dicit & ēt struma/licet struma idicet etiā scrophulas & aliquos alios tumores. Amigdalae. Galsamac. Alsahic. Guttur ē homini tantū. Botium. Struma.



¶ Istud ergo spatiū:qd̄ est post uueā & p̄dictas amigdalas & galsamac & alsahic:dicit faux/& faux seu guttur i uia Auic. ix. tertii nō est mēbrū aliquod/sed ē illa uacuitas ad quā terminat sūmū Gulę & tracheę/i cuius cōtermino uersus āterius ē uuea/& amigdalę:& alsahic/& galsamac/in suo uero cōtermino supiori ē illa uacuitas q̄ terminat p supra palatū ad nasum/& ad os basilare uersus anfractus sub collatorio existētes/de qbus ifra fiet sermo: Faux ēt uocat collū ab iterp̄te Gal.i lib.d̄ uoce & anelitu dicēte/ Et uoco collū locū illū q̄ ē iter supius epiglottidis & supius oesophagi usq; ad radicē linguę:dicit tn̄ q̄ i isto loco sūt musculi brā(chop. Faux. Gula. Meri.

¶ Et p̄dictę glādulę:de quibus i p̄senti intēdimus/tōsillę cōiter dicūtur:& Celsus uocat ipsas glādulas:& Mūdinus fauces/licet male/& gręci uocant Antiadas & paristhmia. Tonsillae. Antiadas. Paristhmia.

¶ Harū amigdalarū substātia ē carnea & neruea.s.cū pelliculis: quibus alligat lateraliter:a radice linguę ueniēs uersus palatū:& ipsis mediātibus uniūtur p̄dictę amigdalę palato:& istę pelliculę neruee simul cum glādulis sunt tāq̄ auriculę cauernosę:& ideo uocantur Arca: & repositorium aeris. Istę.n.arcę sunt notabiles Arca. Repositoriū.



In Cynocephalis/intra quas seruāt nō solū aerem:sed interdū ut ego uidi cibum:ut sunt castaneę/cicera/auelanę/fabę/uel simi/les. Istę tamen amigdalę cū suis pelliculis melius uidētur in uno: q̄ in alio: sed melius ī uiuo/ quia in mortuo animali retrahūtur. Et istę Arcę seruant aerem magis in egressu/q̄ in ingressu/ut totus nō exeat a uia cordis & pereat animal:& ut in submersiōe in aquis:& infetoribus ex isto aere retento resistatur.

Galsamac. Golzama. Alfahic.

¶ Et istę solę pelliculę secūdū aliquos sunt illę: quas Auic. uocat Galsamac seu Golzama/sed iuditio meo nō sunt nisi Arcę pdi/ctę/quia Auic. dicit. φ supra Galsamac: ē Alfahic. s. os lambdę:& hoc os est anexū linguę & epiglotti ante sub istis pelliculis: & si istę pelliculę sunt Golzama seu Galsamac: littera Auic. est corrupta. s. illa: q̄ dicit/& Alfahic est supra Galsamac/nec ibidē ē aliud mēbrū uersus palatū: nisi uuea:& pelliculę glandulaꝝ: de quibus pteriit sermo: q̄ faciūt Arcā pro Aere retinēdo: & ideo ibidē nō est Galsamach: sed iuditio meo Galsamac est lingua fistulę dicta epiglotida. s. illud coorptoriū pelliculare: qđ claudit epiglottim/ne cibaria & alia extranea igrediātur ipsum: ut infra dicemus.

Alfahic. Galsamac.

¶ Ex pdictis patēt Amigdalaꝝ iuuamēta. Apparet etiā sua colligātia/figura/q̄titas:& numerus/situs suus optime uideť depssa lingua:& apto ore ī sui ultimo/sua cōplexio ē calida & humida.

Morbus Gallicus. Squinātia. Synāge. Brācōcellus. Dragōcellus. Stragoioni.

¶ Passiones omniū modoꝝ patiūtur:& nūc ī certo morbo epidimioso/qui a uulgaribus morbus Gallicus nominať/apostemāť: indurātur/ulcerātur:& de facili suscipiūt Reumata a capite:& in istis fit squinātia: seu synange nō uera: q̄ uocatur Brāconcellus:& ideo diciť ad fauces brācus: ad nares coryza catarrhus/uocať etiam Dragōzellus & forte corruptę: & Bononię a uulgaribus uocāť strāgoioni: quia strāgulare apti sunt: uocātur etiā Gaioni.

¶ Istas Amigdalas:& etiā linguā: uidebis etiam melius excoriatis Mādibulis: eo mō ut ifra diceť/quia ponam Anatomiā suorū musculoꝝ & mēbroꝝ totius faciei: & etiā totius cānę pulmōis/ut possint uideri ad libitū opantis/qa Raro mōstrāťī sectiōe cōl.

¶ De Mādibulis seu Maxillis inferioribus.

Que sint mādibulae.

u Isis Amigdalis: mihi placuit de duabus Mandibulis inferioribus determinare: ut colli reliquum comodius: & diligētius Anatomizeť: de supiorib⁹ loco suo diceť:& mādibulę a me ī pñti sumūť p illis ossib⁹ capitis: ī qb⁹ ifixi sūt dētes.

¶ Et primo est notanda cutis tegens suos mulsculos/que in uiris est comuniter pillis plena/ post quam sunt sui proprii musculi ser uientes tribus motibus.s. motui aperiẽdi os:& motui ipsum clau dendi: & motui masticandi & molendi/ motus aperiẽs facit mã dibulas inferiores descendere:& claudens ipsas elleuat: & molẽs ipsas circuire & ad duas partes declinare facit:est igitur necessa/ rium ut motus claudendi sit per musculos/qui a superius descen dunt & ad superiora trahunt: & aperiendi motus: fit econtrario modo:& molendi cum transuersione. In mãdibu/lis sunt tres motus.

¶ Musculi claudẽtes: sunt duo magni/ & magnas hñtes cordas: qui musculi tẽporũ uocãtur: qa i tẽporibus alligãtur iter craneũ & ossa paris/& in hoie sunt parui:ne grauarẽt caput: & etiã quia homo masticat res nõ multũ duras:& isti musculi habẽt magnas cordas/terminatas extremitati iferiori mãdibularꝫ:& sunt ualde molles/qa sunt prope cerebrũ/a quo habent tres neruos/duos a tertio pari/& unũ a quarto:& p ꝯsequẽs ipoꝝ solutio est pessima: & ideo Gal.xi.de util.c.iii.inquit:si igiẽ sicut Hipp.dicebat/que sunt propinqua:& cõmunia:& prima/maxime malignãtur/non aũt propinquius q̃ tẽporales musculi/nec per plures neruos cere bro magis cõmunicat alius musculus:Rationale ẽ exaudire eoꝝ passionis principiũ:& pp suã nobilitatẽ natura locauit ipsos in an tro tẽpoꝝ inter ossa unde quaꝗ ipos custodiẽtia. Musculi oculo rũ sunt etiã ualde nobiles/quia sunt propinqui cerebro:sed non habẽt tot neruos sicut isti:& isti duo tẽporales musculi adiuuanẽ a duobus aliis musculis/qui p interiorẽ partẽ bucce incedunt ad mãdibulas p̃dictas:& istoꝝ musculoꝝ tẽporaliũ corde:nõ oriun tur ab extremitate musculi:sed a medio ipsius:ut sint fortiores. Solutio mu/sculoꝝ tẽpoꝝũ pessima.



¶ Musculi uero apiẽtes oriuntur a loco dicto arabice Alhiliricti: que sũt duo ossa acuta:acularia:& sagittalia dicta:addita occipiti: & ista ossa sunt post aures:& hi duo musculi descendẽdo uniũtur & efficiũtur unus musculus/postea sepanẽ:& ex ipsis fit corda: ut fortes sint/deinde iterum ramificãtur:& carne replẽtur:& fit mu sculus:deinde mandibularũ reflexioni obuiat:& cum contrahiẽ: trahit mandibulã retro:& quia mandibule sunt graues per se de scendentes:sufficiunt eis duo musculi tantum. Alhiliricti sũt ossa post au/res.

¶ Masticatorii uero musculi sunt duo utrinꝗ unus/qui sunt triã gulati:& ualde neruosi sub pomis:& sunt tales: ut icõtrahẽdo di

uersos habeāt motus:ad hoc ut per ipos molitio & masticatio cō pleat:& isti musculi cū una sua basi sunt circa ossa paris:& cū una alia uersus faciei poma:& cum alia uersus mādibulas/quilibet tñ Angulus pdictorū musculorū cōmiscet firmissime parti faciei in directo ipoꝝ:ut diuersimode moueāt mādibulas:& aliq uoluere teste Gal.ꝙ quilibet istorū musculoꝝ esset tres musculi: & carno sitas illa/q̄ est circa poma faciei:est ab istis musculis pro parte.

❡ Lingua etiam exceptis istis musculis iuuat masticationem: re/ uoluendo cibum.

❡ Et musculi eleuantes mandibulas sunt magni/quia habent magnum motum:& sunt molles/quia sunt cerebro proximi.

❡ Et musculi deprimentes sunt parui/quia facilius est deprimere mandibulam q̄ eleuare:& eleuatam tenere.

❡ Masticatorii uero sunt medii:quia mādibularū circūductio est facilior eleuatione:& depressione difficilior.



❡ Mirabit aliqs/ꝙ natura fecit i hoie maiores dētes masticatiōis: & plures q̄ icisiōis/dicēdū ꝙ natura pparauit nō solū dētes ad i cidēdū cibū:sed ordinauit rationē/& artē/qbus utit ad incidēda cibaria:fecit etiā masticatorios maiores:& plures:qa actus masti/ catorius est fortior & pmanētior/quā masticationē ut plurimū: nisi forte p accidēs in ęgris:nō facit ars/sicut incisionē ciborū.



❡ Visis musculis:ut os lambdę/& caput Meri:& epiglottim me/ lius uideas/ab utroq; angulo illius fixurę/q̄ os uocat/secabis trā suersaliter cutē:& musculos pdictos uersus aures/i qua sectione si potes:cōsidera pdictos musculos:& etiā alias faciei ptes:exceptis naso/palpebris/oculis:& auribus/de qbus loco suo dicet/excori ando prius ab ipsis cutē cū diligētia/qbus uisis denudabis man dibularū iferiorū ossa a iūcturis suis supioribus usq; ad medium mēti/i quo ipē p unā iūcturā sunt firmissime unitę. Vniūtur etiā ossa pdicta utrinq; capiti:p unā iūcturā laxā circa aures. Notabis etiā suū sitū/numerū/figurā/colligātiā/& quātitatē. Sua substā/ tia/cōplexio & iuuamēta patēt. Passiōes omniū modorū patiūt.

❡ De Anatomia Gutturis & Gulę.



u Isis mādibulis ipas cū diligētia falce:serra/uel alio instru mento integre a suo loco moue:ut Guttur/& Gulā me lius uideas. Linguā tamē illesam et os lambdę serua: ut possis horū mēbrorū uidere colligantiam/mādibulis āmotis:in/

uestigato sitũ gutturis:& Gulę:& ossis lambdę: quod est locatũ
iuxta radicẽ linguę & caput gutturis/hęc mẽbra tñ nõ moueas:
nisi prius uidebis ipsorũ musculos/sed anteq̃ ipos uideas Anato
mię gutturis/et gulę ẽ uacãdũ.Ista.n.mẽbra sunt adeo p pãnicu
los et ligamẽta iuicẽ colligata/ꝙ unũ absq̧ alio iuestigari neqt.

¶ Guttur.s.uia aeris sub faucibus usq̧ ad pulmonẽ pendens an/ Guttur.
teriorem possidet sitũ.primo ut sua duritię sit tutela Gulę.Secũ
do qa p istũ sitũ est magis directũ ad pulmonẽ/et sic melius et
facilius ipsi seruit. Tertio est anterius/qa Gula est ipo lõgior:quę
si esset ante guttur/uel obliquasset a fine gutturis usq̧ ad uentri
culũ et deglutio esset mala/uel quod a fine gutturis etiã usq̧ ad
uentriculũ uersus dorsum esset aliqua incõueniens uacuitas.

¶ Et Guttur est corpus oblõgũ/ rotũdũ / cõcauũ ut cãna/cuius Guttur vere
substãtia cõposita est pluribus carthilaginibus annularibus. Sũt quid sit.
tamẽ impfecti circuli/sicut Armillę:et assimilãtur litterę.C. ideo Armilae.
dicũtur carthilagines.C.formes / et semi circulares/sunt tamen
semi circulo maiores/et secũdum partem non circularẽ obuiant
Gulę mediãte pãniculo leni/et aliqualiter duro/pfecte spherico:
ipsas intra et extra tegẽte et ligante/et ultra pãniculũ intrinsecũ
tegẽtem guttur a summo ad imũ:sunt alia ligamenta cõplentia
guttur uersus Gulã/ubi carthilagines sunt incõpletę.Istę tamen
carthilagines absq̧ pãniculo sunt proprie instrumentũ uocis.

¶ Gutturis ps supior cõiter epiglottis / Larinx et nodus guttu/ Epiglottis.
ris:et iterdũ Gurgulio:et Brõchii et gutturis caput dicit:reliquũ Larynx.
uero ipsius sępe uocatur Trachea Arteria/et spiritalis fistula/et Nodus Gut
Arteria uocalis/et aspera Arteria/et pulmonis cãna / et farynx turis.
a findẽdis uocibus ut aliquibus placet/uel a fando dicta/et Gar/ Bronchij & Gutturis ca/
gar:et Gargareon:sed Larinx ut plurrimũ ab interpte librorum put. Arteria.
Gal.de util.partiũ i latinã linguã capitur pro ipsius parte supre/ Trachea. Spiritalis fi/
ma/cõiter tamen pars inferior dicitur Trachea:et guttur a gar/ stula.
riendo dicta/quia inde garritus uenit/et Auic. prima primi cap. Arteria vocalis Aspa arteria.
de musculis gutturis:per guttur intelligit hoc mẽbrũ.Sed nona Pulmõis cã/
tertii:per guttur intelligit illud spatiũ quod est post palatũ:i quo na. Farynx.
est uia cibi et anhelitus/quod a latinis faux seu fauces dicitur. Gargar. Gargareon.

¶ Hoc mẽbrũ uocatur etiã brõchiũ seu brõchũ ad similitudinẽ Fauces quid.
certi piscis/et etiã uermis terrestris brõchiũ dicti:cuius corpus est
oblõgũ/carthilagineũ seu squamosum et ãnulare sicut ẽ uipa.

¶ Huius mēbri ima ps:in binas diuisa est ptes/a dextris una/alia a sinistris/ q̄ supiorē pulmonis partē igredit̄:& ab hinc p totā pulmonis substātiam semper minuēdo:p cētrū ipsius usq; ad extrema in ifinitas partitur fibras/ad ipsum totū & ad cor ducendo & reducēdo spiritū:eo mō quo patuit i pulmonis inuestigatione.

¶ Hoc mēbrū nō ex una sola est carthilagine/sed ex pluribus cōuexis exterius & cōcauis interius/una iuxta aliā cū aliquali distātia/ligamētis & pāniculis unitis:ut mediātibus pāniculoꝝ uillis: qui sunt longitudinales:& suoꝝ musculoꝝ neruis/possit extendi & retrahi i suis motibus:& est durū moderate & leue:ut sit sonorū:& est sensu priuatū:ut resistat extrinsecis lędētibus: & est sphericū:quia est minus aptū lędi:& suę carthilagines uersus Gulā in cōpletę sunt:ut sua duritie resistant deglutitis:iō cōplet̄ tracheę cānalis posterius/a ligamentis & pāniculis p̄dictis/q sua mollitię obediūt deglutitis:& pp hoc i necessitatibus:gutturis cōcauitas intra ipsam cędētibus ipsius pāniculis seruit Gulę in buccelis magnis deglutitis:& Gutturis pāniculi faciliter obediūt i deglutionibus:quia hora anhelitus et deglutiōis est diuersa : & nō solū guttur in hoc seruit Gulę:sad etiā Gula gutturi in anhelitu/quia tēpore anhelitus Gula est uacua/sicut guttur est uacuū spiritu deglutiōis tēpore:qa in deglutionibus semper claudit̄ epiglottis.

¶ Gutturis ēt ps posterior nō fuit carthilaginea : sed pānicularis ut humectaret̄ facili⁹:aliqd humidi bibēdo/uel lābēdo:sicut sępe ꝯtingit i magnis caloribus & i febribus:& ut etiā facilius p̄screatū educant̄ materię i pectore ꝯtētę/sicut ꝯstat i pleuretico morbo.



¶ Et hoc mēbrū sagaciter fuit carthilagineū & pelliculare mistū: pp duo.s.pp sonū seu uocē:& pp anhelitū:Ideo seruit ipi et uoci: et nō est sonoꝝ uersus Gulā:quia ibi est lene et quasi carneum:et ideo si trachea:et epiglottis nō sunt sicca decēter sed humida:fit raucedo:teste Gal.i libro de uoce et anhelitu:ut ꝯstat ante potū: uel cibū liquidū/ ꝙ uox clara est et sonora/sumpto uero potu p Gulā humectāte tracheā ipi proximā et unitā:nō clara uox reddit̄:et si sup̄flue hamecteт̄ potu/uel reumate:fit raucedo:Et ideo senes pp haꝝ partiū humiditatē rauci sūt:et corpora sicca clariorē et magis sonorā habēt uocē humidis:et si uiaꝝ uocis īstrumēta aplātur:tūc subito multus exit Aer:et iste est anhelitus:et si cōstringātur/cū anhelitu: ē aliquod audibile/diuersum diuersitate



istrumēti ꝯstricti:& si epiglottis ꝯstrigit:fit uox/si uero sola cāna: fiet quoddā:qđ ē iter anhelitū & uocē:& hęc ē raucedo/hęc Gal.

¶ Ex pdictis patet gutturis substātia:cuius pāniculus interior est satis solidus & durus/ut resistat catarrhis: & screatibus malis & uapori capnoso respirato a corde: & ut resistat motibus gutturis in uoce. Situs / figura / & colligantia/& numerus & iuuamenta gutturis : ac sua quātitas/sunt conspicabiles. Sua complexio est frigida & sicca. Passiones omniū modorū patitur.

¶ De Capite Gutturis/quod Epiglottis dicit.

u Isis pdictis ad supremū Gutturis deuenio/huius mēbri substātia principalis est ex carthilaginibus pluribus: artifitiose & magna diligētia inuicē cōiunctis/ex qbus resultat uox & uitę cōseruatio/has carthilagines inuicē ligāt musculi: ligamēta & pāniculi tegētes totā tracheā itra & extra.

¶ Hoc mēbrū teste Gal. non est ex una sola carthilagine/sed ex pluribus dissimilibus figura & quātitate/ut merito numeri dilatari possit & cōstringi pp anhelitū & uocē. Et suę carthilagines sunt ad minus quatuor:quaꝝ una nō ē pura carthilago/ ideo authores cōmuniter ponūt in epiglottidi tres carthilagines/q̄ sunt purę:Prima pura carthilago est dicta peltalis seu scutalis uel scutiformis/quia formā gerit scuti/ipsius cōuexum est ante uersus: cōcauū uero est cōuersum ad epiglottidis cētrū : scilicet ad uiam aeris/& hęc est aliis maior/quę a nobis i anteriori parte colli sub cute uidetur eminens notabiliter.

In epiglotti sunt quatuor carthilagines tres pure.

Peltalis.

¶ Post scutalē uersus Gulā seu Meri est secūda pura carthilago: quę nomine caret/nec a gręcis / nec a latinis nomen habet : & ideo uocatur carthilago innominata / seu nomen nō habēs/hęc secūda habet suā partē inferiorē perfecti circuli/cū qua est retro: ante & a lateribus:unita cum supremo circulo trachęę arterię:& uersus anterius est cū sua circulari parte sub scutali firmiter unita: & scutalis habet duo additamēta notabilia : quibus amplectitur secūdā:& istę duę simul unitę cōponunt totū porū aeris circularē/ante/retro:& a lateribus totaliter carthilagineū & durum.

Nomen non habens.

¶ Tertia carthilago etiā pura uocatur cōmuniter cymbalaris:& a Gal.uocat Antyoidea/qa est alligata itra carthilaginē secūdā i ipsius supmo uersus porū aeris i opposito ossis hyoidei.Hęc tertia est tanto minor secūda/quāto prima est maior secūda:& hęc

Cymbalaris Antyoidea. Os hyoideū.

carthilago iudicio meo nõ est una sola/sed duę unitę taliter ꝙ ui dẽtur una sola:& hęc gerit ĩ sui aptione uicẽ ualuarũ duaꝝ parui libelli:quarũ una clauditur uersus aliã:& opposito modo operan tur in sui apertione:& hęc carthilago quãdo clauditur in suo supe riori:& etiã in inferiori:facit foramen latius q̃ in ipsius medio:& tunc habet tale foramen:quale/seu qualia habet tuba in suis ex tremis. Maius tamen superius/q̃ inferius:ideo Gal. dicebat octa uo de iuuamentis/ꝙ ad esse uocis oportebat epiglottida esse pri mo amplã:deinde strictã:& deinde iterũ ampliari:& quãdo hęc clauditur obuiat scutali:& quãdo aperiũtur suę partes seu sua la tera:uadunt uersus carthilaginẽ nomen nõ habentem.

Glottis. Sublinguiũ.

❡ Supra has tres carthilagines est quarta q̃ est corpus mẽbrano/sum/carthilagineũ & pingue/simile linguis fistulaꝝ/assimilatᷣ et hedere folio & linguę humanę:& ideo Gale.ipsã uocat/glottida: uocatur etiã sublinguiũ:& hoc est principalissimũ uocis organũ: & glottis nõ est mẽbrũ ex pura carthilagine/quia durũ difficul/ter plicatur:nec ex pura mẽbrana/quia in claudẽdo duplicaretᷣ: sed est cõposita ex mẽbrana & carthilagine:propter decẽtẽ clau surã:& in ipsa est etiã pinguedo/ne exsiccetur/tũ motu fere cõti nuo:tum etiã spirando & respirando aerem exsiccãtem:hoc mẽ/brum habet claudere epiglottida deglutionis tempore:Cimba laris etiam claudit:hęc a retro/glottis uero anterius/taliter ꝙ nec in uomitibus:nec in deglutionibus aliquid ingredi potest pulmonis cãnam nisi uiolenter.



❡ Et epiglottis non est ex una carthilagine:sed ex pluribus ut possit dilatari & cõstringi in diuersitatibus uocum formandis:& ideo natura dedit istis carthilaginibus & etiam gutturi musculos seruiẽtes/quoꝝ quatuor uniũt primã carthilaginem secundę:& istorũ duo sunt intra claudẽtes epiglottida:& duo extra.

❡ Sunt & alii quatuor:qui iũgunt secũdã cũ tertia.s.cũ cimbala/ri/quorũ duo sunt posterius:& isti apiũt Cymbalarẽ ad posterio ra trahẽtes:& duo a lateribus ipsam etiã ad latera trahentes.

❡ Sunt duo alii musculi circa scutalem carthilaginem intra epi/glottida/qui claudunt cymbalarem.

Epiglottidi xij. ꝓprij mu/sculi.

❡ Sunt etiã intra epiglottida duo alii musculi circa radicẽ cimba laris:claudẽtes etiã epiglottida:& isti.xii.sunt ꝓprii carthilagini/bus epiglottidis/nulli ptiũ adiacẽtiũ copulati:teste Gal.7.de uti.

¶ Glottis etiã habet unũ par musculoꝝ: quibus mediãtibus clau/dit supmũ epiglottidis: & isti sunt fortiores aliis: teste Gal. viii. de iuuamẽtis: & isti resistũt musculis pectoris: & aliis musculis aplẽ/tibus epiglottida: & forte secũdum aliquos ꝙ isti sunt ultimi duo immediate descripti.

¶ Vltra pdictos sunt etiã alii octo musculi/ quoꝝ duo sũt ꝓprii cãnę pulmonis teste Gal. in libro de uoce/ & anhelitu: & isti sunt in cãnali gutturis: & istos Auic. dicit esse apud gulam.

¶ Est aliud par musculoꝝ gutturi seruiens: non principaliter ta/men: sed seruit etiam mẽbris uicinis: & hoc par continuat tertiã carthilaginem cum Gula.

¶ Et sunt duo alii gutturi seruiẽtes: ad destructionẽ quoꝝ fit rau/cedo. Et isto mõ erũt. xx. musculi seruiẽtes epiglottidi & gutturi. Musculi ser/uiẽtes Guttu/ri & epiglotti/di sunt. xx.

¶ Et hinc cõprehendit̃ error aliquoꝝ modernoꝝ/ qui credũt in faucibus esse duos proprios musculos ipsis seruiẽtes/ putantes ꝙ Auic. prima primi de musculis gutturis: per guttur itelligeret fau ces: sicut fecit nona tertii/ sed hoc negamus/ quia faux nõ est ali qd determinatũ mẽbrũ/ ut latius diximus i nostris sup Mũdino cõmẽtariis: Et iõ recte iudicare intẽdẽtes nõ cõfidãt i noibus/ qa iterptãtes de gręco: & de Arabico i latinũ (sępe ignari) capiunt unũ ꝓ alio: & isto mõ fere oẽs sciẽtię sũt spurię iterptũ uarietate.



¶ De Gula.

Post Guttur iuestigãda est Gula: q locũ gutturi posterio rẽ ante spinã tenet/ hęc a faucibus p collũ & pectus cõti gua Aortę Arterię & spinę septũ trãsuersum perforãdo ad uẽtriculũ descẽdit: hãc gulã aliq latini: ciboꝝ ministrã & dispẽ satricẽ/ Arabes Meri/ gręci Oesophagũ: qsi ferẽs comesta uocãt. Gula. Ciboꝝ mini/stra. Meri. Oesophagus

¶ Hoc mẽbrũ directe usq ad quartũ sphõdylũ pectoris iclusiue descẽdit/ deinde paulisp obliquat̃ ad dextrũ cędens locũ Aortę descẽdẽti/ ne deglutita ipediãt Aorte motus: & cũ est nõ multũ distãs a septo trãsuerso/ paꝝ subleuat̃/ ne chilim cõprimat uenã: & ut melius firmetur pro substẽtatiõe predictorũ neruoꝝ descẽ/dẽtiũ: deide iterũ circa decimũ sphondylũ incipit obliquari ad si nistrum: & sic obliquata ad uentriculum descendit

¶ Huiusmẽbri substantia carnea est & pellicu laris/ longos attra cioni seruientes habens in interiori panniculo uillos: cuti oris & labiorũ terminatos: & latos in exteriori expulsioni seruiẽtes/ ex

pulsionem ad inferius & etiã superius se cõtrahendo iuuantes: & isto modo uilli longi & lati iuuãt deglutionẽ: iuuãt etiã uomitũ: & secũdum aliquos Gula etiã habet uillos obliquos in tunica intrinseca uersus exterius/qui retinent/sed ego credo ꝙ expelãt se cõtrahẽdo/sicut faciũt musculi obliqui abdominis: & Gulę herent duo nerui descendẽtes a cerebro utrinq; unus/a quibus oriuntur reuersiui. Dicti nerui uocis: Gulę ẽt pãniculus interior tegit linguã et omnia oris membra.



¶ Et Gulę pãniculus interior est densior in sui sũmo/q̃ in imo: et ibidẽ dẽsior q̃ in uẽtriculo: et densior i uẽtriculo q̃ in primo intestino/quia materię digestę nõ requiritur ęque fortis resistentia in tactu: sicut indigestę: et hic pãniculus interior continuatur ori: ut attractio ciborũ fit cõtinua: et hinc iudicatur ꝙ Gula est pars uẽtriculi cõtinua ipsi cũ gradatione. Et epiglottis et oĩa mẽbra oris inuoluũtur a mẽbrana intrinsceca Gulę/teste Gal. i libro de motibus liquidis. Tertia etiã carthilago Epiglottidis alligatur Gulę per duos musculos/teste eodem in libro de uoce et anelitu ob quã colligãtiã in deglutionibus epiglottis ascẽdit: et Gula descẽdit/dũ ipsius uilli lõgi cõtrahũtur a faucibus uersus uẽtriculum: et ecõtra a uẽtriculo uersus fauces Gula ascẽdit/et quã primum res deglutiẽda ptransiuit locũ propriũ Epiglottidis/et relaxatis Gulę uillis/Epiglottis subito descendendo ad pristinũ locũ: aduuãtibus Gulę obliquis et latis uillis cũ grauitate rei deglutiẽdę fit deglutio: licet aliter sentiãt aliqui. Epiglottidis etiã ascensus secũdum aliquos iuuatur a uillis longis/locatis in interiori mẽbrana Gutturis/qui alligantur Gulę usq; ad oris extremum.

Nota motus epiglottidis.



¶ Et sunt aliqui dicẽtes Epiglottida etiã ascẽdere uolũtarie/quia cũ uolumus ascendit, et isto modo habebit ex motu uolũtario et naturali motũ cõpositũ. Aliter tñ sentit Gal. i libro de motibus liquidis: tenẽs ꝙ tãtũ naturaliter ascẽdat epiglottis/in cuius ascẽsu/necessario musculi Glottidis trahũt ipsam ad iferiora: et forte nõ uolũtarie mouẽtur tales musculi/quia Epiglottis ascendẽdo attracta a uillis pdictis secũ ducit glottida: sicut alias carthilaginẽs/in cuius ascensu necessario glottis deprimit/quia est alligata suis propriis musculis/qui sunt uniti cũ sua parte iferiori uersus tracheã: et cũ supiori ipsi glottidi: qui nõ ascẽdũt cũ glottide/et ideo ipsam ad inferiora trahũt: et isto modo etiam nõ uoluntarie

ſemper in deglutionibus per aſcẽſum epiglottidis clauditur glottis modo prędicto/quo ſit ne bibita & deglutita tráſeant ad guttur:niſi in hora:in qua feſtinat deglutio anteq̃ cõpleatur aſcẽſus epiglottidis:& tunc natura cũ tuſſi expellit in cãnam ingreſſa ſi poteſt.In hiſtoria.n.habetur ꝙ Fabio prętori/& Anacreõti poetę contigit ſuffocatio : huic uuę paſſę azino. Illi pillo in lacte austo.Clauditur tamen glottis uoluntarie a ſuis muſculis : quando uolumus retinere inſpirationem & reſpirationem : & iſto modo prędicti muſculi glotidę ipſam claudunt interdum per ſe:& interdum per accidens.

❡ Figura glulę eſt oblonga in ſuperiori parte in faucibus dilatata ut tuba/& eſt non cãnulata.Eſt enim tãq̃ inteſtinũ/cuius orificium inferius uentriculo eſt cõtinuũ/ubi notabilem habet ſenſum propter notabiles ramos neruorũ a cerebro ad ipſum terminatos.Sua quãtitas patet. Numero eſt unũ mẽbrũ/colligat̃ ori & epiglottidi firmiſſime/taliter ꝙ cũ difficultate unũ ab alio ſeparatur.Colligatur etiã gutturi ꝑ totũ:Cordi per arterias/hepati per uenas/& cerebro ꝑ ꝑdictos neruos. Sua cõplexio tẽdit ad calidũ nõ excellẽter:qa eſt ualde pãnicularis. Sua iuuamẽta ſunt ducere deglutita ad uentriculũ : & multa ſuperflua reducere ab ipſo ad extra per os.Paſſiones omnium modorum patitur.

❡ Qui cum diligentia cupit gutturis/& gulę habere inueſtigationem.primo uideat ipſorũ ſitum/incipiendo ab ima parte notando Gulam:& aſcendendo notet cum gutture ipſius colligantiam:ea falce uel alio ingenio ab inuicem ſeꝑando uſq; prope epiglottida/notando muſculos prędictos/aliquibus quorum uidebis neruos reuerſiuos alligari.

❡ Viſis muſculis ſeparet gulam in ſuo ſupremo ab epiglottidi: & notet ipſius carthilagines/notãdo etiam ſitum oſſis lambdę: quod cum duobus ſuis maioribus additamentis amplectitur carthilaginem ſcutalem:& cum minoribus ſubſtinet linguam:uideãtur deinde epiglottidis tres carthilagines ꝑdictę:& quarta carthilago unita cum pinguedine & pellicula/glottis dicta:qua mediãte ſit epiglottidis clauſio/ſcindat̃ deinde lingua ſuas ꝑdictas partes notãdo:& hęc ſufficiant pro Anatomia medii uentris/in quo fui prolixus & nõ incongrue/quia hęc diſcipulis traduntur.

DE Anatomia Ventris supmi.

Venter supremus. Cephale. Caput qd sit & vñ dicat.

u Enter supremus nominatur caput/quia ibi sensus initiũ capiunt: quod greci Cephale dicunt/& caput de p̄senti sumitur pro eo toto quod collo substētat: in quo cõtinẽtur mẽbra animata.s.cerebrũ: de parte capitis anteriori facta est aliquarũ partium (melioris ordinis gratia) inuestigatio.

Sinciput. Occiput. Tempora. Auriũ locus. Interciput. Bregma. Uertex. Cacumen. Basis capitis.

Hic uenter in homine insignis est propter ipsius contentũ/qui habet partes cõmunes & proprias/ Cõmuniũ alia est ante/alia post/alia lateralis/alia superius/alia inferius: Anterior sinciput: posterior occiput/laterales tẽpora & auriũ locus dicũtur:& superior dicitur interciput / uertex & cacumen. Inferior uero dicitur basis capitis & membrorum suorum: An caput sit propter cerebrum uel oculos alibi diximus.

Partes proprie aliẹ sunt continẽtes/aliẹ contentẹ.

Cõtinẽtes sunt oẽs partes exteriores.s.primo pili/qui tamẽ nõ sunt numerãdi in ptibus capitis:nisi ĩproprie/qa nõ sunt mẽbra: sed numerãtur tãq̃ superfluitas aliquãdo utilis.

Cutis capitis. Secundo cutis:quẹ est grossa aliqualiter carnea/ut in ipsa bene firmẽtur pili:& ut sit scutum partibus sibi inferioribus.

Sub cute ẽ diminuta caro uel nulla:excepta frõte & tẽporibus.

Pericraneũ. Almocatim. Zinzia mater. Circũ ossalis mẽbrana. Calua Testa. Craneum. Cranion. Dura mater. Pia mater.

Post cutem & carnem:est pãniculus circũdans totum os capitis:dictum grẹce pericraneum & Arabice Almocatim:& ab aliquibus zinzia mater:& circũ ossalis mẽbrana.

Post pericraneũ sequitur os capitis / calua & testa a latinis dictum:& grẹce craneum/siue cranion/quia durum.

Cõtẽta sunt pãniculus durus: & pãniculus lenis:hic pia mater & secũdina. Ille uero dura mater dicit:& supra os ĩ imo capitis infra pãniculũ durũ:multitudinis usus ponit Rete mirabile.

Intra prẹdictos pãniculos est substãtia medullaris cerebri:cum suis uẽtribus/glãdulis/uermibus:& neruis a cerebro ortis:pia tamen mater & dura ab aliq̃bus ponũtur inter cõtinentes. Nasus uero & mirynge auriũ:pariter & oculi:& omnia mẽbra faciei/ponũtur inter partes in capite cõtentas: nõ sunt tamen in uentre supmo contenta.

Capilli. Capilli igitur sunt primo examinandi / qui generantur gratia materiẹ uaporosẹ eleuatẹ a toto ad caput/tãq̃ superfluitates propter calorem totius:& inde fiunt pili capitis/capilli dicti/gratia fi

nis facti/quia sunt ad decorem: ut aliquibus placet:& ut tueātur caput ab extrinsecis multis.

¶ Cutis capitis de se patet/hęc caret motu/nisi in fronte & tēporibus/& ideo priuatur musculis/paucū etiā habet sensum.

¶ Excoriando totā cutem a capite uidebis pāniculū picraneum dictū/undiq; inuoluentē caput/factū ut dura mater suspēdatur craneo per cōmissuras & per multos alios poros cranei:hic pāniculus est etiā ibidē/ne craneū obuiet cuti & carni capitis sine medio:& ut craneū ipso mediante sentiat:& ut huic pāniculo inhereant uenę & arterię per exterius caput cibantes: & quę per cōmissuras & alios poros intrant & exeunt a capite. Pericrāneū.

¶ Post istū pāniculū est os craneū dictū/quod per totum a pericraneo detege/formā ipsius cōsiderādo/q̄ debet esse rotūda: ut sit maioris capacitatis & minus apta ledi:& est leuiter a lateribus cōpressa:fāciens prorā ante/& puppim post:ut sui uētres sint lōgi:melius seruiētes operationibus intellectus:& q̄libet forma deuiās ab ista est praua:& quāto plus distat ab ista ē deterior. Hoc os nō est unū cōtinuū/nec durū/densum:ut sunt multa alia:sed rarū/siringosum seu spongiosum:nō multū grossum/& cōmissuris seu iuncturis aliquibus compositum. Craneū ꝛ sua bona forma.

¶ Suę tamen iuncturę nō sunt nodatiles: sed serratiles/dentales et squamose/quia nō mouētur:et craneū est tale ut iuncturę suę sint firmiores:et ut si uni parti cōtingat lesio:alię illesę maneant: et etiā ut uirtus medicinę capiti pro cerebro leso applicandę melius suū imprimat effectū: et ut uapores eleuati a toto et a cerebro:facilius exeant et resoluantur:et ideo ipsius suprema pars est rarior quacūq; alia parte/nec ibidem est ualde durū/quia cacumini non accidit lęsio sicut aliis partibus/biliosus tamen Mars omnia lędit:est etiam tale/ne grauaret corpus:est tamen in fronte grossus:quia ē mollius ibidem/duas tamē habet partes: quas aliqui uocāt tabulas:intra quas est uacuitas notabilis/ne grauet corpus:et ut inter illas sit aer implātatus suscipiens odores:et hęc pars est mollior aliis:quia suum contentū est mollius. Capitis iūcture sunt dētales ꝛ pp quid



¶ Os uero posterius est durius:quia cōtētū posterius est durius: est etiam durius os posterius:quia oculi suo uisu nō possunt tueri ipsum:est tñ grossius et durius in lateribus:ut sit sonorū/quia ibidē intra ipsius substātiam debuit locari organum auditus.

¶ Pars etiam huius ossis in occipitio collū uersus/est dēsa/grossa: compacta & dura:& etiam lateraliter post aures/quia ibidē alli/gātur ceruicis cordę ualidę/quę magnos & fere cōtinuos habēt motus:& post aures sunt certę eminentię acutę:clauales & aculares dicte:durę ualde:quibus alligantur musculi multi mēbra oris & faciei ac colli mouentes/quę si molles essent prędictis moti/bus non resisterent.

Eminentiae clauales & a/culares dictae

¶ Et circa tempora hoc os est etiam durū / quia ibi sunt musculi magni mouentes mandibulas : & ideo omnia hęc ossa lateralia uersus posterius sunt dura ut petra:& petrosa dicuntur.

Ossa petrosa

¶ Pars etiā inferior huius cranei dicta os basilare est dura/ maxime in directo palati/ubi sunt nerui optici in crucis formā situati: per quod ibidem perforatū ut cribrū descendit superfluitas hu/mida aquosa cerebri:& hic locus cōmuniter dicitur colatoriū.

Colatoriū vbi

¶ Hoc os basilare i sui supremo nō est planū sed inęquale / quod potest optime uideri in cimiteriis / sicut & alię cranei partes : & etiam omnia totius corporis ossa / ad quę uidenda non accedat qui non est legitimus medicus.

¶ Numerū ossiū totius capitis & noia comissurarū suarū optime dixi in cōmētariis super Mūdino.Ideo a multis narrādis breuitatis causa supsedeo/maxime qa de ipsis scribētes nō coincidūt.

¶ Pars huius ossis primo occurēs est illa in qua sunt loca oculorū frons dicta/quę terminatur in prima iunctura seratili occurrēte: quę dicit coronalis/sic dicta/quia ut aliquibus placet ibidē coronātur Reges/uel forte/quia hęc cōmissura gerit formā quasi ar/cualē/seu circularē & coronalem/asumitate capitis descēdendo utrinqꝫ usqꝫ ad angulos locorū oculorū qui sunt uersus aures.

Frons.
Coronalis iūctura vbi.

¶ In opposito huius ossis est unū aliud os terminatū in iunctura serratili posita in capitis postrema parte/quę uocatur comissura lambdę/quia assimilatur illi literę gręce quę lābda uocatur / hęc cōmissura habet etiam formam arcus.

Cōmissura lambdę.

¶ Inter has iuncturas est una alia cōmissura etiā serratilis in su/mitate capitis posita ab ante retro porrecta:& hęc uocatur sagittalis:quia recta incedit ab unaquaqꝫ prędictarū arcualiū iunctu/rarum ad aliam/sicut stat sagitta ad arcum.

Cōmissura sagittalis.

¶ Ad latera huius ossis supra duo ossa paris in parietibus tempo rum:sunt duę iuncturę squamosę (utrinqꝫ una)quarum ossa in/

Cōmissure squamosae.

feriora super equitant ossa superiora.

¶ Primę tres iuncturę/uocantur uerę/per directũ intra craneum penetrantes:& istę ultimę obliq; penetrãtes uocãtur mẽdosę.

¶ Inter istas cõmissuras laterales ascendẽdo uersus sagittalem est etiã utrinq; una alia iunctura squamosa/q̃ nõ uidet̃ nisi raro ĩ capitibus a tẽpore maceratis/uel in ultimate decoctis:inter quas & sagittalẽ/sunt duo ossa (utrinq; unũ) rariora cęteris ossibus capitis/quę Gale. uocat ossa bregmatis:& Auic. prima primi uocat craneũ/& locus ille ubi copulat̃ iũctura coronalis cũ sagittali uocatur ab aliq̃bus Bregma/& Zuendech: & capitis fontanella/in qua os ultimate pueris cõcrescit:& ibidẽ ponũtur cauteria & cerata & alia localia pro catarrhis & multis aliis morbis: ĩ aliis capitis partibus sunt etiã multę alię iuncture/de quibus nõ fit sermo: quia de ipsis Medici nõ curant tantũ sicut de prędictis.

Cõmissura oculta.

Ossa bregmatis: Craneũ.

Bregma. Zuendech. Capitis fontanella.

¶ Ex prędictis patuit capitis situs:substantia & figura. Sua quãtitas patet. Sua iuuamẽta & colligantia sunt pro parte dicta & dicentur. Numero est unũ. Numerus partiũ dictus est:& etiã cõmissurarũ cranei:quarũ tres sunt serratiles directe intra penetrãtes:alię sunt squamosę obliq; penetrãtes. Sua cõplexio est cõplexio partiũ componẽtium ipsum. Passiones omniũ modorũ patitur/quę si sint in uelaminibus & in ipso cerebro:mala iudicãtur: plus & minus secundum locum & morbi qualitatem.

¶ De Dura Matre.

u Isis prędictis ut cõmodius uideãtur intra craneũ cõtenta:diuide caput a collo circa tertiũ sphondylum:deinde seca craneũ supra aures parum (circum quaq; usq; ad intrinsecam circũferentiam ipsius taliter ne lędas duram matrem) semper seruando situm prędictum.

¶ Hoc facto eleua os totum superius secatũ a suo inferiori/cum aliquo eleuatorio apto & forti: quia undiq; alligatur firmissime dure matri:tam in cõmissuris q̃ in multis aliis ipsius poris.

Ars ĩ eleuando craneum.



¶ Eleuato craneo uidebis durã matrẽ etiã miringã dictam/quę est pãniculus satis grossus nerueus & ualidus:est tamen porosus: ut a cerebro exeãt uapores. Sua figura ẽ plana/extẽsa ĩ circularẽ formã/cõphẽdens totã ĩtra se cũ pia matre cerebri medullã.

Dura mater Miringa.

¶ Dura mater est a prora ad pupim per longum duplicata: & in directo sagitalis cõmissurę penetrat per quãtitatẽ duaꝝ unciarũ

intra substantiã cerebri/dextrã partem a sinistra diuidens: dupli cat̃ etiã posterius per latum/diuidendo cerebrũ posterius ab anteriori: hęc secũda duplicatio nõ est inuicem alligata: ut alia prima/quia prima per ligamẽta aliqua & per uenulas est inuicẽ cõiuncta: taliter ꝙ in ipsa est uacuitas apta tenere ĩtra se aliquid & in ista uacuitate ab ante usq; retro sunt multę uene a guidez ꝑ/dictis ascensę/quę ibidẽ a duplicatiõe prędicta cõprimunt̃: & cõpressę exprimũt sanguinẽ ad multos ipsarũ ramulos: qui sunt cõtinui ramis pię matris nutrientibus cerebrum.

Lacuna. Platea. Fouea. Palmentũ. Tertia vena. ℭ Versus occiput ĩ ista duplicatione est certa uacuitas uocata lacuna: & platea: & fouea: & palmentum/ in quam pars huius sanguinis exprimit̃: & fere semper ibidẽ est sanguis aliquis/propter quem: Erophylus istã lacunã uocauit tertiam uenã: quia hęc uacuitas est oblonga ut uena: & alibi q̃ in uenis/arteriis/corde: & ĩ ista lacuna nõ reperit̃ sanguis sub forma sanguinis: & istam duplicationem Auic. uocat Torcular.

Torcular.

ℭ Sua quãtitas/situs/colligantia: & complexio patent. Numero est unus pãniculus/sua iuuamẽta ultra prędicta/sunt uestire cerebrũ cũ pia matre/secũdũ longum latum: & profundũ/ipsum circuendo: & in ipsum ut supra patuit penetrando. Iuuat etiã mediando ĩter os durũ & piã matrẽ satis mollem. Iuuat etiã in substentãdo uenas/cerebrũ & mẽbra sibi uicina nutrientes. Passiones omniũ modorũ patitur/sua solutio notabilis/est praua.

ℭ De Pia matre.

Pia mater. Secũdina. SVb ista ẽ alia mẽbrana tenuis subtilissimis arteriis & uenis ꝑ totum irretita/ĩmediate cerebro alligata/dicta pia mater & secũdina: quia nutrit cerebrũ sicut secũdina foetum: & iudicio meo in istis minimis arteriaꝝ ramis in pia matre undiq; dispersis subtiliatur & pręparat̃ sanguis seu spiritus uitalis/ut in cerebri substãtia & in uẽtribus ipsius effitiatur animalis: ut in cõmentariis super Mundino diximus.



ℭ Hęc mẽbrana neruea & tenuis est/& alligat̃ durę matri in summitate ipsius a prora usq; ad puppim ꝑ multas uenulas/& cũ aliq̃bus uenulis alligat̃ circa latera capitis: & ẽ alligata per totũ substantie cerebri quod nutrit: & secundum sensum duo uermes intra cerebri uentres locati trahunt ortum a uenis & arteriis istis/a quibus defertur spiritus ad intra uentres: & etiã sanguis partes ce

Cerebri vermes vñ orıãt̃

rebri intrinsecas nutriens. In parietibus etiam uentriũ: est aliqua portio piȩ matris / portans sanguinem & spiritũ / sanguinem ad partes sibi uicinas nutriendas: spiritũ uero pro animȩ operationibus: sicut faciunt uermes antedicti.

¶ Ex predictis sua substãtia / figura / numerus / colligantia & situs patent: patet & quãtitas / quȩ nõ solum cerebrũ extra: sed etiam intra uentres: & in multis suis plicaturis seu anfractibus notabiliter ingreditur: licet aliqui dicant in postremo uẽtre nõ esse piam mattem propter ipsius substantiȩ duritiem: nutritur tamen hȩc pars: & ideo habet uenas: ut prima / minores tamẽ. Sua cõplexio inata est frigida & sicca iuuamẽta patẽt. Passiones omnium modorum patitur: quȩ sunt deteriores q̃ in dura matre.



¶ De Medulla Cerebri.

P Ost piam matrem occurrit Cerebri substantia medulla improprie dicta / quia non nutrit: nec humectat ossa sibi uicina: sicut aliorum ossium medulȩ / sed ossa capitis nutriuntur ut ipsam conseruent. Medulla cerebri.

¶ Sua substãtia est conspicabilis / mollior ante & superius / q̃ post & inferius / quãtitate excedit cerebri aliorũ animaliũ quantitatẽ: tũ pp spirituũ aialiũ multitudinẽ / tũ ut sua cõplexione frigida & humida p ratiõe cõtẽperet ipsos / qui a corde calidissimi ueniunt. Cerebrũ maximũ i homine ꝛ pp quid.

¶ Suus situs patet / & etiã figura / q̃ est talis supra & per totum: qualis est forma cranei: habet tamẽ multas plicaturas manifestas in primo aspectu: & etiã multas abscõditas / quȩ uidẽtur in ipsius sectiõe / itra q̃s p totũ ingredit̃ pia mater ipsi anexa. Sua colligãtia ex p̃dictis apparet: & apparebit ex suoꝝ neruorũ cognitione.

¶ Numero est unũ mẽbrũ. Duas tamen habet partes / quȩ non sunt totaliter ab inuicem sepatȩ: sed notabiliter unitȩ.

¶ Vna pars notabiliter in magnitudine aliã excedẽs / est ab ante usq; retro replẽs totã cõcauitatẽ cranei: ante & in medio a sũmo usq; ad imũ: & retro replet tantũ partẽ supremã cranei: etiã i directo maioris ptis ossis lambdȩ: & hȩc ps uocat̃ cerebrũ anterius. Cerebrum anterius.

¶ Alia pars longe minor prima cerebellũ ab Aristo. dicta: & prima solidior replet capitis posteriorem & iferiorem partem: & hȩc situm suum habet i postremo capitis sub parte prima antedicta: in hac tamen parte cerebri posteriore cerebellum dicta / non est aliqua concauitas seu uentriculus: ut notant multi: est bene tecta Cerebrum posterius.

circũquaq; a dura & pia matre/& sensus hęc omnia mõstrat. Prima pars ante dicta diuisa est notabiliter a dura & pia matre in duas partes secundũ capitis longũ/in dextrã .s. & sinistrã partẽ: ut sua substantia & sui uentres sint distincti & duplicati.

¶ Primo igitur in altero laterũ talis duplicationis / cũ rasorio dili genter moue (lateraliter secũdum supius & inferius) piã matrẽ simul cum notabili quãtitate cerebri/descendendo per tres digitos plus & minus secũdum q inuenies ipsius uentriculos.

¶ In quolibet.n.latere talis duplicationis reperies unam notabilem uacuitatẽ:q̃ uentriculus est dicta/quę ẽ per longũ porrecta aliqualiter obliquata uersus posterius lateraliter descendens.

Duo ventres in cerebro.

¶ Viso uno latere: uide & aliud: in quo uidebis idem ubiq; sicut in antedicto:& hi uẽtres sunt diuisi a substãtia cerebri: ut si cõtingat uni parti nocumẽtũ/ne cõtingat alteri:& operationes unius partis talium uentrium sunt similes alteri sibi pari.

¶ In isto uentriculo utrinq; circa basim est una substãtia pellicularis/rubea/uermis dicta/ex uenis & arteriis cõposita / q̃ ab uno extremo ad aliud cuiuslibet uẽtriculi tendit/q̃ motũ habet secũdum aliquos:apiens & claudẽs uentriculos uoluntarie.

Vermes cerebri vbi sint.

¶ Infra tales uermes ad ipsorũ latera est certa pars cerebri eminens/quá multi assimilant natibus humanis in figura/q̃ in elongatione pariter & clausione uentriũ se cõtangit/in a breuiatione uero & dilatatione ipsorũ ab inuicem separatur.

Nates in cerebro.

¶ In istis uentriculis antedictis cõmuniter in parte ipsorũ anteriori ponitur phantasia/sensus cõmunis:& imaginatiua.



¶ Visis prędictis moue notabilem cerebri medullę partem: ut diligentius uideãtur alię cerebri uacuitates:notando in basi anteriori prędictarũ duarũ uacuitatũ unum foramen/quod est cõe prędictis uacuitatibus/per quod spiritus ad alios uentres tẽdũt & etiã aliquę humiditates in ipsis contentę descẽdẽdo exeunt ad certã uacuitatẽ tẽdentem uersus os basilare circa locũ ubi est certa caro glandosa sub incrutiatione neruorum opticorum.

¶ Hęc uacuitas uocaẽ a Mundino lacuna / ab Auic. caput rosę: & ab aliis Embotũ/quia est lata superius/stricta inferius/undiq; circũdata a pãniculo tenui usq; ad os basilare:& p istud Embotũ (ad prędictũ os ibidẽ ut cribrũ subtilissimis porris perforatum) euacuãtur ut plurimum humiditates superflue cerebri / quę po/

Lacuna Mũdini.
Caput Rosae
Embotũ.

stea in anfractibus multis ossis basilaris supra os palati locatis in grossantur ab aere p nares attracto:& ēt a calore naturali:& de/ mũ extra mittũtur per nares & os mediãtibus faucibus in ea for ma quę omnibus nota est/propter diuersas causas diuersam ha/ bens substantiã/colorem/quãtitatẽ et figuram/ex prędictis pa/ tent cerebri iuuamenta/quę tamen alia sunt ab Aristo. & alia a Gal.et a sequacibus/quos uide. Passiones omniũ modorũ pati/ tur:sua solutio est lętalis/non semper sed ut plurimum.



¶ Iuxta istud Embotũ uersus posterius etiã sub uentre seu uentri bus ãñdictis:ẽ certa uacuitas oblõga aliqualiter / cuius parietes sunt sicut nates antedictę/quę claudunt & aperiunt talem uacui tatẽ quãdo opus est/uel a motu prędictorũ uermiũ:qui imedia/ te sunt supra ipsas/uel alio motu a spiritibus facto.

¶ Et istam uacuitatem cõmuniter Authores ponunt pro uen/ triculo medio in quo dicunt esse uirtutem cogitatiuam.

Uentriculus melius secun/ dũ cõem opi/ nionem.

¶ In posteriori parte huius medii uẽtriculi est foramen paruum: quod tendit ad unam aliam uacuitatem / quę descendendo est uersus locum ubi est principium nuchę : et hęc uacuitas non est in cerebello antedicto ut putant multi : nec est circũdata undiq; a substantia medullari cerebri/sed est inter posterius et anterius cerebrum sita/circũdata notabiliter uersus cerebellum a pia ma tre ipsum tegente.



¶ Et inter istam ultimam uacuitatem et uentriculum medium antedictum est certa caro glandosa conarium dicta : quia est in forma coni siue pini : hęc glandula ibidem sustentat multas ue/ nas pię matris/ascendentes uersus cerebri centrũ / ut ipsum nu/ triant et hęc glandula transcolat multas humiditates ad mediũ uentriculum antedictum/a quo ad embotum prędictũ:et inde: ut supra patuit:expurgantur.

Caro glando sa conariũ di cta.

¶ In ista uacuitate ultimo loco dicta/quę est post medium uen/ triculũ/dicta uentriculus posterior/Authores cõmuniter ponũt uirtutem memoratiuam. Ego autem aliter sentio.

Uentriculus posterior secũ dũ opinionem cõmunem.


¶ Et dico primo uirtutem apphensiuã/cogitatiuã/ et memorati uã:esse in primis duabus cõcauitatibus pro anteriori uentriculo positis/tam in parte dextra q̃ in sinistra/et apphẽsiua seu sensus cõmunis est in parte ipsius anteriori : et cogitatiua in medio/in posteriori uero eiusdem est memoratiua.






De ortu nu/che.

¶ Et dico uentriculũ antedictum / quem authores ponunt pro medio uentriculo non esse pro cogitatiua / sed est uia pro expur/gatione superfluitatum multarũ cerebri / & pro deferendis spiri/tibus ad tertium antedictum uentriculum / qui spiritus non ser/uiunt uirtuti memoratiuę / sad uirtuti motiuę & sensitiuę / qui ue/niunt a primo uentriculo antedicto / sensui cõmuni seruientes: & hinc comprehenditur ꝙ nuca uirtualiter habet ortũ a parte an/teriori cerebri: uidetur etiam nuca substantialiter oriri a parte an teriori cerebri / tum ex ipsius colore: tum etiam ex cõtinuatione: quę tamen ẽ etiam cõtinua cerebello posterius locato / maiorem directionem tamen & etiam colligantiam habet cum cerebro: q̄ cum cerebello prędicto. Hęc tamen melius & uberius diximus in cõmentariis super Mundino. Sed ut prędicta melius intelli/gantur quales potui hic inferius duas accomodaui cerebri figu/ras / in quibus aliqua ex p̄narratis cōp̄hendi possunt ut uides.





¶ Habes in hac
prima figura
durá matrē se
patam a cere
bro/cuius me
dietas a priora
ad pupiz tegi
tur pia matre
vt vides / In
altera vero pte
i cētro medul
lae/est notabi
lis cōcauitas
sensui manife
sta pri⁹ remo
ta multa cere/
bri medulla;
q̄ habet .p al
tera partiū vē
tris āterioris
ante dicti / in
medio cuius
ē vermi simi/
lis substantia
rubea / in hac
etiā figura est
medietas em/
boti añdicti /
⁊ medietas
vētriculi me/
dij ⁊ posteiro
ris.
¶ In hac secū
da figura vnū
a dextris aliū
a sinistris i cē
tro medullae
cerebri habes
duos ipsi⁹ vē/
tres āterioēs:
⁊ sui vermes
possunt cōpre
hēdi ex prima
figura āte no/
tata / ⁊ inter
istos/inferius
tū est embotū
⁊ ventriculus
medius ⁊ po
sterior vt mō
strāt sic locis
suis positae.

¶ De Neruis a Cerebro ortis.

Septe; paria neruorũ.

POst pdicta sunt uidẽdi nerui a cerebro orti:q sunt cõiter septẽ paria/de quolibet pari:est utrinq; unus/similis suo sotio. Neruus.n.greçe neuron dictus: est membrum cõ simile/album/substantia uiscosum:figura oblongum & rotũdũ/ ad separãdum tenax & durum:sensus & motus organum:& puri sensitiui sunt molliores & frigidiores motiuis.

Neruus. Neuron.

¶ Eleua igitur leuiter cerebrũ a parte anteriori incipendo: & in uenies in directo supioris partis nasi duas substãtias albas oblõ/ gas (utrinq; unã)herẽtes piç matri/quarũ capita sunt aliquãtu lũ grossa/q a multis uocãtur carũculç mamillares: & sunt instru mẽta sensus odoratus/quas Gal.nõ uocat neruos:quia sunt mol les/in directo ipsarum pãniculi cerebri & os frõtis sunt perforati ut cribrũ:tũ pp odores/tũ pp supfluitates cerebri expurgãdas i ne cessitatibus:quç ut plurimũ expurgãtur p colatoriũ: qd est in di recto embotí antedicti:& ibi ante i craneo ẽ certa uacuitas nota bilis aere ut plurimũ repleta/in quo aere secundũ aliquos ab istis carũculis primo percipitur sensus odoris.

Carunculae mamillares.



¶ Post carũculas prçdictas:uidebis duos magnos neruos:qui ser uiunt oculis pro uisu: & hi uidentur incrutiari: de hoc tamen ad huc sub iudice lis est et hi uocãt optici seu uisus:q secũdũ aliquos sũt cõcaui seu pforati:hoc tñ negat sensus in mortuo animali.

Nerui optici visus.

¶ Post istos est unum par nernorum / quod ponitur pro secun/ do pari:& hi dant motum oculis.

Nerui p motu oculorũ.

¶ Post istos est tertiũ par:quod paulisper unitur quarto / a quo postea separatur:& descendendo spargitur per faciem:& intra & infra os basilare unitur cum sexto pari nunc dicẽdo:& simul fa/ ciunt neruos prçdictos descendentes ad membra uentris medii & inferioris:& ab istis oriuntur reuersiui.

Unde orĩãt nerui vocis

¶ Postea sunt nerui quarti paris descẽdẽtes ad palatũ p sensu gu stus:& hi sunt subtiles:aliq tñ capiũt tertiũ par p quarto: & ecõ/ tra/sicut diximus i cõmẽtariis:& ibidẽ dixim⁹ cãm talis erroris.

Nerui gustus

¶ Est deinde quintum par quod utrinq; diseminatur intra os ba silare in directo aurium:& seruit sensui auditus.

Nerui audi/ tus.

¶ Postea ẽ sextũ par:quod miscet tertio ut prçdictũ est/postea est septimũ par:quod qa obliquũ ẽ:dat motũ linguç:& etiã aliqbu, musculis epiglottidi seruiẽtibus:dat ẽt sensũ gustus ipsi linguç.

Sextũ & septi mũ par ner/ uorum cerebri.

¶ Horũ neruorũ substãtia est oĩbus nota/sunt tñ posteriores an/terioribus duriores:quia pars cerebri posterior est durior anterio re/ pp sensus iteriores. Sua figura/quãtitas:situs/numerus et colligãtia patent/ĩ cõplexione nõ sunt multũ sicci:et ideo nõ habẽt fortes motus:et sunt frigidi natura. Iuuamẽta sua etiam patent. Passiones omniũ modorũ patiũtur/quę oẽs sunt prauę: propter colligantiam suã cũ cerebro & propter suas operationes.

Nerui posteriores sunt duriores ãterioribus.

¶ De Rete Mirabili secũdũ cõem opinionẽ: et aliquid de Nucha.

u Isis pdictis:depone totũ cerebrũ cũ illa portiõe Nuchę: q̃ est inter spondylos: quos secasti et cum capite seruasti: prius ipsius notãdo sitũ/substãtiã:numerũ/et figurã/sua colligãtia cũ cerebro est dicta supius. Quãtitas ipsius et alia ipsi reqsita melius notabũtur ex dicẽdis:ĩ cuius initio iuxta cerebrũ: est certa uacuitas cõtinua uacuitati cõiter positę pro uentriculo memoratiue uirtutis/p quã trãseũt ad suos neruos spiritus a ce/rebro missi pro sensu et motu. Et Nucha(sicut et cerebrũ)uelat a dura et a pia matre/ut sensus demõstrat.

Nucha.

Nucha velat a dura ⁊ pia matre.

¶ Istis notatis sup ẽ sola dura mater: qa remouendo cerebrũ re/mouet et pia mater/pp ipsorũ iuicem firmã et cõtinuã colligãtiã.

¶ Inter durã matrẽ et os basilare in regione ĩ crutiationis neruo/rũ opticorũ ubi est collatoriũ antedictũ/ascẽdunt p os basilare duę notabiles arterię: una ẽ a dextris alia a sinistris: ut supra pa/tuit in cap. de Aorta ascẽdẽte/ a quibus ut dicũt cõmuniter Authores supra os immediate sub dura matre efficiũtur multi subtilissimi rami:inuicẽ mirabiliter unus supra aliũ uniti instar retis: occupantes ante/retro et a lateribus magnũ locum. Deinde ex istis multis ramis iterũ enascũtur duę arterię similes primis/a quibus efficiũtur predicti parui rami: et hę duę uenę postea iterum factę magnę supra craneũ ascẽdunt ramificate usq; ad uentres cerebri: ipsis portando spiritus subtiliatos in isto Rete mirabili.

Rete mirabile secũdũ opinionẽ cõez.

¶ Et iuxta istud Rete aliqui dicunt esse duas glãdulas ipsum sub stentãtes:et dicũt iuuamẽta istius Retis esse: ut ibidem causetur spiritus uitalis subtiliatio: ut melius ad minima diuisus alteretur: et efficiatur animalis:et forte ut ex uaporibus a cibo eleuatis:et a cerebro condensatis inferius cadentibus:sui minimi rami facilius oppilentur:et somnũ causent.

Iuuamẽta retis mirabilis.

¶ Istud tñ Rete ego nūq̄ uidi:& credo naturā nō opari per plu/ra id quod pōt p pauciora/sed natura pōt subtiliare hos spiritus in minimis ramis arteriarū ascēdentiū supra durā matrē hęrentē ossi basilari:& per piā matrē usq; ad cerebri centrū ascendētes:ergo nō datur ibidē inter durā matrē & os basilare hoc Rete/multas alias rationes super hoc dixi in cōmētariis super Mūdino/ad quos breuitatis causa remitto legentes:& inter alias rationes experientia sensualis est mihi Auriga:& si datur hoc Retę est supra durā matrem imediate ifra cerebri medullā ex qbus arteriis minimis ibidē fit certa mēbrana continua & similis pię matri/in ramis cuius subtiliat spiritus uitalis & fit animalis : & sic subtiliatus trāsit ad uētres/mediātibus p parte uermibus cerebri añ dictis.



¶ De Naso.



u Isis prędictis occurreret sermo de osse basilari / sed quia ipsius anatomia/maxime de suarum partiū numero:ab authoribus ponit diuersa/& etiā quia hoc os melius speculat i cœmeteriis/q̄ i cōi sectiōe.Ideo de ipso sermonē pstringo:remittēdo hui⁹ artis cupidos ad cōmētaria nostra:& ad cœmeteria.

Nasus. ¶ Dicamus ergo aliquid de naso/q de p̄senti capit pro parte illa p̄cipua eminēti/q̄ a supciliorum cētro ęquali porrecta iugo utrāq; aciem discernit & munit:huius mēbri partes inferiores laterales:

Alaria. Alulae. Gal.uocat alaria/aliter alulę dicitur/sua pars supior ab aliqbus.

Lepor. dicitur lepor & summū nasi/inferior etiā lepor & imū nasi / pars

Colūna. media exterior ē dicta colūna:& ipsius interna pars diuidēs dex

Diaphragma. trā partē a sinistra uocatur diaphragma:septū porrectū:& interfi

Septū porrectū Interfiniū niū nasi:& aliqui uocāt nasi inferiora foramina nares:& uia a naribus p supra palatū ad fauces ab Auic.quinta tertii uocatur Cha

Nares. Uez Rete mirabile. iasim/sed de pręsenti a nobis cauernositates supra palatū in osse basilari locatę nares uocātur:in quibus supfluitas cerebri humida trāscolata ingrossatur/de qua aliquid diximus supra.

¶ Nasi substātia est ex cuti/musculis/carthilaginibus:& ossibus: & pāniculo tegente ossa sua. Sua cutis est taliter musculis eius unita/q; separi nequit/nisi difficulter.Sua pars anterior & iferior est carthilaginea:superior uero ossosa.Sui musculi sunt duo parui : duri tamen/unus est a dextris/alter a sinistris uersus inferius magis/quia ambo oriuntur a pomis mandibularum: & mouent

Ale nasi. alas nasi:ad quam partem uult homo.

¶ Post musculos sunt tres carthilagines/una in medio:& duę la/teralės: quę sunt molliores media / quę dura est satis/ut teneat nasum (quem diuidit intra per medium) rectũ & firmum. Carthilagies

¶ Ossa nasi sunt duo triãgulata: frõti cõtigua/uersus angulos lachrymarũ pforata foraminibus paruis: a qbus humiditates ĩ oculos:& ab oculis in nasum:& a naso in ore penetrare possunt:& pp hoc gustatur sapor medicinarũ positarũ in oculis a lingua. Ossa nasi.

¶ Et os frontis in directo nasi est perforatũ ut cribrum:ut seruiat pro odore: & ut p ipsa foramina exeãt humiditates supfluę a cerebro:trãseũdo prius p foramina/q̃ sunt in suis pãniculis circa carũcularum mamillarium loca. Colatoriũ in fronte.

¶ Ex prędictis uisa est nasi substantia: Numero est unũ mẽbrum: diuisum tamen in duas partes ad interius:ut si una pars ledatur: altera firma sit: sua figura/quantitas/situs & colligantia patent. Sua complexio ponitur frigida & sicca. Sua iuuamenta sunt ad decorem & ad ducẽdũ & reducẽdũ aerem ad pulmonẽ: ducũt etiam materiam/per colatoriũ ad cauernas ante dictas missam/extra se/quę cauernę dicũtur de pręsenti nares. Colatoriũ. Nares.

¶ Passiones omnium modorum patiuntur: & sua solutio facili/ter cõsolidať / in sui inferiori extremo interdũ applicãtur sangui sugę:ad saphati et ad id genus/ Sua propria passio ẽ lesio uirtutis odoratus:q̃ ipsi potest cõtingere principaliter ꝓpter oppilationẽ factã in foraminibus exiſtẽtibus in osse basilari i directo prędictarum carũcularum mamillarium.

¶ De Palpebris.

Palpebra. Gena.

Palpebrę a palpitãdo genę etiã dictę/ sunt pellicule oculos tegẽtes oibus notę. Sua substãtia ẽ ex carthilagine & mẽbrana /cũ minima & forte ut aliquibus placet: cũ nulla parte carnea: exceptis ipsarũ musculis:& ẽ carthilaginea:ut ĩ ipsa pili figãtur:q stãt recti:& duri: ut melius tueãť oculos:hi di/cũtur cilia:a celandis oculis:est etiã carthilaginea/quia melius resistit extrinsecis:& ut stet erecta qñ apiť/quia si esset pellicularis: deprimereť faciliter:& cute tegitur propter tutelã & decorem. Cilia vnde.

¶ In superioribus palpebris sub cute sua: est mẽbrana a picranio orta:quę intra flectiť suam inuolués carthilaginem extra & intra usq; ad tunicã corneã:cõiunctiua mediãte tegente musculos oculi: & in inferioribus simili modo est mẽbrana orta a membrana

pomorũ faciei ossa tegẽte:& isto modo uidetur quod cõiunctiua tunica oriatur etiã a pãniculo tegẽte ossa iferiora faciei:in multis tñ indiuiduis ẽ aliqua caro/cũ aliquibus uenaꝝ fibris imediate su pra pr̨edictũ pãniculũ/qųe (palpebra inuersa)sensui patent/a q bus uenis aliis causis coadiuuãtibus/fit in oculo:ungula/& sebel: & uerucarũ genus:& alii aliqui oculorum morbi.



Tarsum. ¶ Circa istã carthilaginẽ quã Gal. uocat Tarsum:est aliqua pin/guedo humectãs palpebras necessitatis cã:ne exsiccẽt pp motũ suũ fere cõtinuũ:Supiores sol̨e mouẽtur/iferiores uero minime.

¶ Et utrinq; suus motus est ex tribus musculis teste Auic.quorũ unus apit:qui est in medio palpebr̨e:duo uero alii sunt in angu/lis oculorũ, qui claudũt:Gal.tamen.x.de util. cap.9. nõ uidetur ponere nisi duos musculos:quorũ unus dicitur eẽ in angulo uer sus aurem/quem dicit apire:si solus moueatur/& alius in angu/lo nasi/quem dicit claudere/si etiam solus moueatur:& si ambo equaliter mouentur/non magis palpebra clauditur q̃ apiatur:& h̨ec semi clausio uocatur ab Hipp.curua palpebra/qųe infert in morbis malũ inditiũ:& etiã Gal.ibidẽ cap.x. dicit ꝙ nũq̃ cogno uit musculũ ꝑdictũ ad angulũ nasi locatũ/qa uidit ibidẽ magna applicari cauteria propter fistulas:& tamen adhuc remãsit mo/tus in palpebris/qui nõ remansisset:si esset ibi musculus.



Curua palpe/bra.



¶ Et asserit.xi.de util.cap.14.ꝙ cutis musculosa frõtis:& pomo/rũ faciei suo motu sufficit ad clausionẽ & aptionẽ palpebrarũ:& aliqui addũt cũ iuuamẽto musculoꝝ.Arist.tñ secũdo ꝺ partibus aĩaliũ.c.13.dicit palpebras moueri nõ uolũtarie:sed natur̨e instin ctu:mihi tñ uideť:ꝙ habeãt motũ propriũ & cõem:cõis ẽ a mo tu frontis & pomoꝝ faciei:proprius uero est a suis ꝓpriis muscu/lis/qui habẽt suos neruos ãnexos palpebris & musculo mouẽte frontẽ:& musculis tẽporalibus & pomorũ faciei/utrũ aũt isti ner ui ueniãt a nucha/an a cerebro sensu nõ ꝑcipitur. Inquit tamen Auic.quod in sola palpebra supiore sunt musculi/quia sunt pro pinquiores suo principio.s.cerebro/qui sunt parui:& aliqui dicũt ipsos esse sine cordis/de situ quoq; aliqui inter se sunt discordes.



¶ Et palpebre iferiores teste Auic.nõ mouentur:quia motus su/periorũ sufficit ad ꝑfectã clausionẽ & apertionẽ ipsaꝝ ad inuicẽ: & iferiores sunt minores supioribus:& oculis magis cõiuncte/ne pp magnitudinẽ & sepationẽ ipsarũ ab oculis:aggregarent in se

lippitudinem:& lachrymas:& alia extranea/teste Gal.x.de util.

℄ In substātia palpebrarū i quolibet angulo/seu cātho uersus nasum:sunt duo foramina parua sensibus manifesta:unū in supiore palpebra/aliud in iferiore:p quę exeūt lachrymę:& i isto angulo sunt carnes spōgiosę:q̄ itra se tenēt talē humiditatē lachrymaꝝ: ut humectēt mēbra sibi uicina:ne exsiccēt: & tales humiditates iterdū ueniūt a naso:& etiā a cerebro p uenas suoꝝ pāniculorū. Angulus. Canthus.



℄ Situs palpebrarū/numerus/quātitas/ figura/& colligantia patēt/substātia ē tacta. Sua cōplexio ponit frigida & sicca:iuuamēta sua sunt tueri oculos a minutis & lenibus. Ossa uero adiacētia tuētur ipsos a magnis & duris:& iuuāt in somno fiēdo:sui pili:iuuāt etiā oculos ne i palpebris aptis puluis & alia minuta ipsos lędāt:& sua nigredine corroborāt uisum:& nō sunt ualde spissi/ne obūbrēt uisū:nec nimis rari:ut ꝓhibeāt minuta itrare ad oculos.



℄ Passiones omniū modoꝝ patiūtur:& inter alias patiūtur suoꝝ piloꝝ iuersionē/q̄ curatur cauterizādo quēlibet pilū inuersum: in sua radice cū acu aurea:postea curāt ut alia loca cauterizata. Cura ciliorū inuersorū.



℄ De Anatomia oculorū.

Usis palpebris occurrūt oculi ab ocultādo dicti. Occultātur.n.inter palpebras/ad quos uidēdos scinde primo os frontis in directo ipsorū:taliter ut saltem alterū eorū uideas modo infra dicendo:notādo primo neruū suū qui opticus est dictus/qui perforādo ipsius tunicas/uersus centrū ipsius tendit:& iter cōiunctiuā & Scliroticā ē notabilis pinguedo/& caro glandosa:suscipiens humiditates:sicut facit caro glandosa radicis linguę:quas extra riuat:interdū per nasum: & per foramina quę sunt in palpebris ante dicta:quibus mediātibus/tam pinguedine q̄ humiditatibus/seruantur oculi ab exsiccatione. Oculi unde. Neruus opticus. Coniunctiua Sclirotica Pinguedo. Caro glādosa.

℄ Ibidē sunt etiā sui ꝓprii musculi/q sunt septē/quoꝝ unus mouet sursum/alter deorsum:& unus alius dextrorsum:& alter sinistrorsū:& duo trāsuersaliter tēdētes mouēt circulariter: septimus uero ē ꝓpe neruū opticū/quē sustinet: & eleuat: & ipsum tuet a laxitate:dū oculi firmātur i ituitu cōtinuo:& ideo hic solus firmat oculū/istū musculū aliqui dicūt eē duplicatū:& aliqui triplicatū: & hi oēs musculi hn̄t suos neruos a secūdo pari neruoꝝ cerebri. Musculi oculorum.

℄ Usis prędictis separa musculos/pinguedinē prędictā: simul & carnem glādosam a suis pelliculis/quę sunt realiter quatuor. Po/ Quatuor tunicae.

Septē tunicae nuntur tñ cōiter septem/quia differūt aliqualiter/substātia/situ: colore/figura/quātitate et complexione/colligantia tamen nō differunt. Differunt etiam aliqualiter in iuuamentis.

Mēbranae. Oculoꝝ tūice Tres humores. Quatuor humores. Coniunctiua vide. Pāniculus circū ossalis.

¶ In istis pelliculis/q̄ mēbranę: et oculorum tunicę uocātur/sunt tres humores/aliqui tñ addūt quartū/quē ęthereum uocant.

¶ Tunicarū igitur istarū primo ante incipiendo/occurrit cōiunctiua/sic dicta/quia coniungit oculū capiti: et hęc oritur a picra neo: et a pāniculo circūossali/tegente inferiora faciei ossa/et a pellicula intrinseca palpebrarū: orta a p̄dictis pāniculis/et hi pāniculi ēt tegunt orbitas oculorū: et hęc sola est uere una tunica.

Cornea vbi ꝛ vide.

¶ Ista cōiunctiua tamen nō tegit ante: totū oculū/sed in loco ubi ipsa deficit ante oculū in medio/est secunda tunica/quę quia diaphanes est ut cornu/cornea nominatur/hęc secūdū aliquos quatuor habet tunicas subtiles: ut cōpertū est in suis ulceribus.

¶ Huic corneę uersus posterius est continua una tunica nō lucida/sed opaca et dura. Ideo Sclirotica dicitur/quę posterius tegit totū oculū. Hęc tñ est maior cornea: et istę duę ab aliquibus ponūtur pro una/solum propter colligātiā/quia ambę per cōtinuationē uniꝰ ad alterā: oriūtur seu alligātur durę matri.

Sclirotica. Uuea. Coronoides. Foraminalis pupilla.

¶ Post istas etiā ante incipiēdo/est una tunica dicta uuea: et coronoides: et foraminalis/quia ē perforata sicut corona: et sicut granum uuę/quādo remouetur a suo suspensorio seu racemo: et suū foramen uocatur pupilla. Suus color est uarius/sed sępe niger: et Iridialis/seu Lazuleus/uel Ceruleus.

Secūdina ꝛ vide.

¶ Huic uersus posterius cōtinuat̄ una tunica/quę est fere similis magnitudinis: qualis est uuea: et etiā eiusdē coloris: et hęc uocat̄ secūdina/qa ipa et ēt uuea oriūt̄ a pia matre secūdina dicta/uel ut aliqbꝰ placet: hęc secūdina nutrit oculū/sicut secūdina fœtū.

Aranea. Retina.

¶ Post istas tunicas sunt duę alię tunicę etiā simul continuę/una anterius/alia posterius/q̄ est longe maior anteriore/anterior uocatur Aranea/posterior Retina: Aranea est subtilis dēsa tamen: lucidior adamātina gēma/Retina etiā est subtilis/sed nō lucida ut Aranea: et Retina pro parte heret secūdinę.

Humor vitreus. Cristallinus humor.

¶ Inter has ultimas sunt duo humores. s. uitreus et cristallinus: uitreus est posterius et lateralis/sic dictus quia assimilat̄ uitro liquefacto/in parte cuius anteriori locatur humor cristallinus/sicut locata est gēma in annulo/humor uitreus est longe maior cristal/

lino/sed cristallinus est durior uitreo: & lucidus est ut gēma. Istę etiam duę antedicte tunicę oriūtur a neruo optico secundū Authores: & ideo etiā istę duę tunicę ponunt pro una/ quę tñ si sint una uel duę: sicut etiam alię: parum conferunt medico legitimo.

¶ A loco continuationis secūdinę cū uuea ante uersus/ inter partem Retinę & totam Araneā est humor dictus albugineus quia assimilatur albugini oui. Hic tamen humor est paucus & fluidus in mortuo animali/ qui in directo pupillę uenit usq; ad corneā/ & ibidem est lucidus diaphanes magis q̄ alibi/ & ideo aliqui hunc humorem uocant ethereum/ & sic ponunt in oculis quatuor humores/ & quia secūdina & uuea uidentur oriri a pia matre/ aliqui ponunt ipas duas et etiā Corneā et Scliroticam pro una tunica. Cętera diximus oculis spectātia in cōmentariis nostris.

¶ Ex prędictis uisa est oculorum substantia/ sunt siti in suis orbibus. s. in duobus foraminibus magnis in frōte locatis/ & nō sunt multū extra eminētes/ ne ledantur ab extrinsecis/ & propter hoc habent supercilia extra eminentia: & inferius ossa pomorū faciei. Suus numerus/ colligantia/ figura/ & quantitas patent. Orbes siue orbitae oculoꝝ. Supcilia.

¶ Sua complexio propter humores ponitur frigida & humida: & propter pāniculos ponitur frigida & sicca: & pro multitudine spirituum ponitur calida. Sua iuuamenta sunt omnibus nota. Passiones omniū modorū patiūtur. Sua propria passio/ est uisus ablatio/ diminutio/ & corruptio.



¶ Si hęc omnia nō potes uidere in uno oculo/ uide in ambobus: uide saltem in uno musculos: & carnem glandosam cum sua pinguedine/ simul & cōiunctiuā/ in alio uero uide tunicas & humores. Docta tamen manus difficiliora perquirit.

¶ De Auribus.

P Ost oculos occurrunt aures/ sic dictę ab hauriendis uocibus/ uel quia audes sunt uocum/ & tā carthilago ipsarū: q̄ foramina dicūtur aures: sua pars suprema exterior dicitur pina/ uel pirula & lobus/ inferior uero fimbra & lobus: ubi sunt certę uenę notabiliter fluentes/ si soluantur/ sua pars interior dicitur Scaphus. Aures ꝛ vñ. Pina pirula. Lobus. Fimbra. Scaphus.

¶ Sua substantia est carthilaginea/ ut sit ab extrinsecis tuta & sonora: motu ut plurimū carent/ in ipsatū ima parte: aliqui putant esse uirtutem memoratiuā. Ideo uolētes memorari ipsas partes



